DIALOGUS VENERABILIS PATRIS D. IOANNIS GOCCHIJ MECHLINIENSIS...

Jan -1475? Goch

CVm nõ ita dudũ amiciſſime N. de uerę & ſyncerę Theologiæ ꝓfeſſoribꝰ tecũ agerẽ, incidebat ſermo de D. Ioan. Gocchij editis libellis, quẽ cũ etiã ſũmatibꝰ huius nr̃æ ætatis theologis indicares adnumerãdum, q̃rebaris tñ, qđ de libertate Chriſtiana ſcribens, aliqd multũ, ſuoq; circulo minime abſolutũ reliquiſſet, id ꝙ maxime, vbi monachatus & votorũ ratione (cui ſupioribꝰ ſeculis plꝰ ſatis detulerũt theologiæ titulo inſignes) deguſtat ueriꝰ q̃ tractat, quã nonulli ſcriptores neoterici deridendã ꝓpinãt & ſolo ſternere uident̃. Vnde Gocchius noſter egregiã refert laudẽ, ꝙ in hoc negocio ſic ſe geſſerit, ſic ſermonẽ tẽperarit, cũ de uotis & arbitrij noſtri uiribꝰ, hoc eſt de re inuoluta & cũ multorũ indignatione cõiũcta diſputat, vt nõ in totũ tñ uel reijciat uel dãnet, cui nullius momẽti rem monaſticæ uitæ & ſacramẽtorũ rationẽ, modo ſuæ ditionis pomeria nõ dilatet, hoc eſt, vbi ſtultã nõ doceat inaniũ rerũ cõfidẽtiã, vbi ſupſtitionẽ reprimat, & faſtũ animo ꝓcul arceat. Cæterũ ne quidpiã in tã pie docto uiro deſyderare iure queas, ſumma cũ diligẽtia ſi quid hic in monaſterio Thaborano abſtruſi m deliteſceret ſtudui excutere, verũ nihil inuenire potui qđ ueluti colophonẽ libello de Chriſtiana libertate adijciẽdũ putarẽ, etiã ſi nõ oĩno plane luſi operã. Non parũ enim chartularũ repperi, qbus ceu tenui linea adumbrauit, q̃ ſubiecto titulorum cathalogo uiſunt̃, ꝓter de Chriſtiana libertate opuſculũ iampridẽ editum.

1 De quatuor errouibꝰ circa euãgelicã legẽ exortis, De votis. &c.

2 De gr̃a & meritis de fide & operibus nonnulla fragmenta,

3 De perfectione legis euangelicę q̃ plurimũ chartarũ, &c.

Quæ oĩa cũ talia ſint, q̃ theologicæ rei ſtudioſo lectori neutiq̃ diſpliceant, etiã tuæ eruditioni ſpero nõ ingrata fore, maxime uel ob hoc, ꝙ huic non deſint q̃ diligẽter excerpta uoto tuo vtcũq; reſpõdere poſſint. Atq; ĩ ſpem uocor bonã partẽ eorũ his Gocchij lucubratiũculis multa animi cæcitate leuatũ iri, q ab aliorũ ſcriptis ceu acomito abhorrẽt. Propterea ꝙ uel uehemẽtiores uel dẽtatiores appareãt, dũ receptã ſcholarũ doctrinam traducũt. Sed ut ad Gocchiũ noſtrũ redeamus, demirari nunq̃ ſatis poſſum, qui fieri potuit, vt vnus ille ſic diuino lumine illuſtrarẽt tã æreo & indocto ſeculo, vt ſolennũ doctorũ errores tã audẽti pectore cõfutaret & refelleret, cũ gentilẽ illã duarũ literarũ M. N. adſalutaciũculã ſcholis nõ deportaſſet. id qđ teſtant̃ q etiãnũ uiuũt apud Mechlinienſes Gocchianæ uitæ & ſtatus probe gnari. Porro ſuperbus eſt qui ſenſu carnis ſuæ inflatus, Rabbinos tantũ, hoc eſt, ſcholaſticæ theologiæ profeſſores admittit doctores, quaſi ſpiritus ſancti afflatus ſpecioſa titulorũ inſignia uel ſpectaret uel moraret̃. Nõ ſecũdũ faciẽ & perſonas, ſede e ſuo quiſq; pectore rite eſt æſtimãdus. Quod qui facit, iuſte iudicat. Nũc ut ſemel finiã, quæ ad te damꝰ expẽdas, & digeſtiꝰ ſuum quoq; ordinẽ cogas, quo lectori & labor & animi cogitatio iuuet̃, qđ ut facias etiã atq; etiã rogo obſecroq;. Bene uale.

INDEX TITVLORVM dialogi de erroribꝰ circa legẽ euãgelicã exortis.

1 In pſatione oſtẽdiť qua occaſione ad ſcribẽdũ author mothꝰ fuerit & de auctoritate ſcripture & aliorꝫ doctorꝫ, ꝙ ueritas a ꝗcũqꝫ dicať eſt hoĩbꝰ pferẽda fo.1
2 De dignitate humanę cõditiõis & redẽptiõis, f.1.
3 De qua druplici errore circa obſeruationẽ euãgelice legis, Primꝰ eſt illorꝫ qui cũ lege euãgelica Moſaicã legem obſeruari volebãt, fo.3.
4 Error ſecũdus eorũ, qui opa fidei neceſſaria non crediderunt vbi facultas ſubeſſet, nota ibi de duplici actu volũtatis, q ad euãgelicã pfectionẽ reqriť, fo.3.
5 Error tertiꝰ eorũ qui plꝰꝙ expedit cõfidũt iu natu ralibus viribus volũtatis, & ꝙ Pelagianæ hæreſis reliquię in multorũ ſcriptis & cordibꝰ adhuc latere deprehenduntť, & quare gratia neceſſaria ad obſeruãtiam euangelicæ legis, fo.5.
6 De feruore inordinato multorꝫ pſerſertim religioſorũ, vñ oriať rigoroſa exactio ceremoniarꝫ & corporaliũ exercitiorꝫ, de diſcretiõe diuini & naturalis amoris, de diuini amoris ſigno & exercitio, contra iactãtes ſe de arduitate opis & merito retributiõis, 8.
7 Error quartus eorꝫ qui dicũt obligationẽ voti ad perfectiora opera euãgelicæ legis requiri, hic eſt error noſtri tẽporis cũ Pelagiana hæreſi in multis cõueniens, cuius erroris princeps Thomas de Aquino taxatur. folio.11.
8 Qđ per uotum uoluntas uouentis nõ firmatur in bono, probatur contra Thomam, & de triplici firmitate, & ꝙ uotum nihil bonitatis facit in aĩa. fo.13.
9 De libertate uolũtatis in ſtatu grãæ & gloriæ, & ꝙ actus nr̃i quãtũ ex libertate ꝓcedũt, tãtũ deo placẽt, de diuini amoris exercitio, cũ explicatiõe uerborum

Apri.Nō accepiſtis ſpm̄ ſeruitutis iteꝝ ī timore.f.15
10 Qꝛ ſu pnaturalis aīæ pfectio cōſiſtat in actu uolū
tatis,nō intellectus, cōtra Thomā.De duplici cogni
tione.ſ.intellectiōis & fruitionis,& ꝙ magna intelel-
ctꝰ illumīatio multis parū ꝓdeſt,de bona mētis ſimpli
citate,& qd ſit ſcire Ieſū & hūc crucifixū.f.19.&.20.
11 Qꝛ ꝑcepta euāgelica nō onerāt,ſed ſubleuāt uolū
tatē,ſicut alæ aues de terra leuāt, & ꝙ amor ſupnatu
ralis.ſ.charitas,ſit iugū ſuaue,& quare charitas iugū
dicaī.De duplici uolūtate Chriſti,diuina uidelicet &
humana.Et de duplici uolūtate humana,ſenſitiua &
deliberatiua,& ꝙ triſticia quæ fuit in Chriſto nō mi
nuit libertatem uoluntatis. fo.22.&23.
12 Qꝛ alia ſit ratio promiſſionis in baptiſmo,& alia
uoti obligationis,& ꝙ lex euāgelica ſit lex amoris &
libertatis,q̄re ꝓmiſſio fidei a baptizādo exigiī.f.25.
13 Qđ in uoto duo ſint cōſyderāda,videlicet uolun-
tatis ad bonū oblatio & obligatio, ꝙ obligatio nihil
boni facit in uolūtate,ſed ſolū oblatio p gratiam me
retur augmentum bonitatis. fo.27.
14 Qđ gr̄a tria facit in uoluntate uiatoris,videlicet
calorē charitatis, vigorē libertatis & augmētū ſup-
naturalis facultatis,vt poſſit in bono ꝑmanere.f.28.
15 Votoꝝ obligatiōes quare ſint inſtitutę,& ꝙ ſolū
propter uagos & inſtabiles ſint ordinatæ,nullū habē
tes fundamentū, niſi illud Cōpelle intrare, & ꝙ ſola
fides aīam ad ſupnaturalē pfectionē eleuat. fo.29.
16 Qđ opus factū ex uoto nō ſit melius q̄ opus ſine
uoto,cū ſola charitas bonū in uoluntate efficiat,& ꝙ
oīs Chriſtianus perpetuo ſe ad bonū offert,ſicut uo-
tarius,& quō nō uouēs a uouēte nō differat. fo.31.
17 Qđ eccleſiæ cōſtitutiones ſunt honeſtæ obſerua
tiones externæ,ad interna ſe nō extēdentes,& ꝙ nō

ſunt neceſſariæ,cũ diuina inſtitutio ſit ſufficiẽtiſſima & pfectiſſima,& ꝙ uotũ proprie nõ poteſt eſſe meri toriũ,pbat̃ per Thomã cõtra Thomã,ꝙ Thomiſtæ hæreſi Pelagianæ in multis fauere uident̃. fo.33.

18 Deinde ponunt̃ noue cõcluſiones ſũmariæ circa pdicta. Quare uotũ religionis inductũ,ꝙ C.R.in libertate,nõ in obligatione ſit inſtituta tripliciter probatur. folio.35.

19 Qđ religionũ facticiarũ obligatio ultra profeſſionem ſe nõ extendat,de euangelij perfectione a Chriſto intenta,& ꝙ religiones nõ merent̃ ſtatui ſacerdotali præferri. folio.38.

20 Qđ ſacerdotalis ſtatus & uita,ſit uita Ap̃ica, & qđ ſit ſacerdotis officiũ,cui nõ ſit opꝰ ad religionẽ ſe tranſferre. De dignitate ſacerdotali, & ꝙ presbyter ab Epiſcopo nõ differt iure diuino, quo etiã ſacerdotibus licet oĩa ſacramẽta conferre. fo.40.

21 Qđ tẽporalia habere aliud eſt q̃ ꝓpria habere, ꝙ Chriſtꝰ & Ap̃i habuerũt tẽporalia. De proprietate iuris & amoris. Qui ſũt pauperes mũdi,q euãgelici. Diuites mũdi & euãgelici,oĩa relinquere,oĩbus renũciare quõ intelligit̃. Itẽ opis externi exhibitio an aliquid faciat ad perfectionẽ uirtutis. fo.44.

22 Notulæ,De uita cõi & libertate euãgelica, de uotis & euãgelica pauptate,ꝙ vbi charitas,uotũ nõ neceſſariũ,vbi charitas nõ ẽ,ibi uotũ nihil ꝓdeſt.f.48.

Sequitur præfatio D.Ioannis Gocchij Mechlinienſis in dialogum ſequẽtem,de occaſione ſcribendi,& autoritate ſcripturæ & alioꝝ doctoꝝ.

Literæ charitatis ueſtræ dudū mihi directę innotuerūt, ꝙ qdā ſanctarū ſcripturarū adulteratores, eouſq; puerſitatis ſuæ dogma pduxerunt, vt dicant euāgelicæ legis libertatē ab exordio eccleſiæ ſub obligatione uoti fore cōcluſam, & limitatā, nullūq; abſq; uoti obligatione ad ipſius pfectā obſeruantiā poſſe ſufficere nō erubeſcāt dogmatiſare. Ad ſui erroris robur ſcripturā repugnantē allegantes, dicūt Apoſtolos & totā primitiuā eccleſiā legē euāgelicā nō niſi ſub uoto obſeruaſſe. Cuius quidē erroris puerſitatē, licet ipſa ſcriptura canonica ſufficiēter elidat, & Apoſtolorū ſententia pfundiſſima efficaciter refellat. Veſtra tamē fraternitas dignū duxit a me expoſtulare, vt contra huiuſmodi recētes errores, dudū quidē ſepultos, nunc uero de ſepulchro uenenatū caput erigētes, aliqua ſcripturarū teſtimonia in unū coadunarem, qbus manifeſtata ueritas huiuſmodi erroris tenebras ualeat effugare. Ad qđ opus cum uires meas impares agnoſco, eo ꝙ magnorū uirorū ſcripta quorū ingenium nō attingo, efficacibus rationib⁹ id probare cōtēdūt, fateor, man⁹ apponere formido. Sed quia charitas in cauſa eſt, quæ te ob amorē ueritatis ad rogandū inducit, me quoq; rogātis pcibus annuere cōpellit. Et ut uerū fatear, amor ueritatis & fraternæ neceſſitatis ſubſidiū poſtulatū, ita me prouocat ad loquendū, vt cū in tāta materia loqui neſciā, tacere tamē nō poſſim. Verū hoc te ſcire uolo, in ſuggillationem determinationis eccleſiæ, vel in piudiciū ueritatis ab aliquo melius intellectæ, me nihil uelle cōcludere, ſed modo fraternæ informationis qđ mihi dñs ſentire donauerit, ſimplici narratione altioribus altiora reſeruās declarare. Et quia vt ipſe aduertere potes, materia dicēdorū in cōtentionē uertit, & præſtātiſſimi uiri in ea diſſidere reperiunt. Ideo de ſolo fonte ſcripturæ canonicæ (cuius autoritas ſola eſt irrefragabilis) haureā, quæ in hoc opere ſtudioſis legēda præponā. Atq; ob hoc nullus facile qđ legit reprehēdat, eo ꝙ pcedētiū patrū dictis in quibuſdā obuiare reperit, qđ hic dicit. Quia in quibuſdā pcedenſium patrū ueſtigia ſequar, in qbuſdā uero eorū dictis cōtradicam, apertis rationibus probans eos uel in ſacræ ſcripturæ expoſitione erraſſe, vel minus ſufficiēter dixiſſe. Et ſi probabilius uerū fuerit qđ a me dicit, q̄ qđ ab alijs dictū legit. Iuſtū

Contra Thomiſtas.

Nota autoritatē doctorū inter ſe diſſidētium.

eſt ut probabiliori ueritati faueat̃,licet a quocũq; dicat̃. Neq; ẽm alicuius dictũ uel ſcriptũ autenticũ eſt, quia ipſe magnus & honorabilis eſt qui dicit, ſed quia uerũ eſt quod dicit. Sola ẽm ueritas eſt,quæ vbiq; ſe efficacẽ & inuictã exhibet,& quę omnibus dicẽtibus autoritatẽ præbet. Ideoq; oportebit me aliquãdo nõ ſolũ p̃cedentiũ patrũ ueſtigia ſequi,ſed uel mediũ inter diſſidentes reperire,uel probabilioribus rationibus eorũ dictis cõtradicere & cõtraire. Qđ q̃uis forte oĩbus gratũ nõ erit,nemo tamẽ merito deſpicere debet qđ ob amorẽ ueritatis factũ,ipſa per ſe ueritas efficit. Sicut ẽm ſolũ lumẽ tenebras effugare,ſic ſola ueritas errata poteſt refellere. Neq; ẽm ſcripta uel dicta doctorũ uirorũ autoritatẽ habẽt a dignitate pſonæ,ſed ab euidẽtia & eminẽtia ueritatis. Sola ẽm veritas eſt,quæ vbiq; ſe efficacẽ & inuictã exhibet, & quæ oĩb⁹ cũ dicẽtib⁹ autoritatẽ p̃bet. Vñ fit,vt quãto ꝓbabili⁹ uerũ ſit qđ ab aliquo dicit̃, tãto maior autoritas illi dicto tribuat̃. Iuſtũ ẽm eſt,vt ꝓbabiliori ueritati ſemp faueat̃,licet a quocũq; dicat̃. Inde etiã fit,vt ſcripturæ canonicę q̃ a Chriſto q̃ eſt ipa ueritas eſt approbata & ꝓmulgata,ſumma & irrefragabilis autoritas aſſcribet̃,cæterarũ uero autoritas ad roborãda illa q̃ in cõtentionẽ ueniũt,min⁹ idonea iudicat̃. Et ob hãc cauſã decreui in hoc opuſculo ſcripturæ agyographę partẽ & ueritatẽ dicẽdorũ de puriſſimo fõte canonicę ſcripturæ haurire. Et vt legẽtib⁹ proptior ſemita ingrediẽdi p̃paret̃,placuit per modũ dialogi inter aĩam & ſpiritũ narrationẽ texere,& querẽdo ac reſpõdẽdo ſingula declarare.

Veritas ſemp̃ p̃ponẽda eſt.

Veritati fauẽdũ a quocũq; dicatur.

Incipit dialogus venerabilis patris D. Ioannis Gocchĳ Mechliniẽſis, De q̃tuor erroribus circa legẽ euãgelicam exortis, & de religionibus factiçijs.

A N I M A.

CVm nõ ſolũ excellẽtia naturalis dignitatis in mea cõditiõe mihi collatæ,ſed etiã eminẽtia diuinę dilectiõis ĩ mea redẽptiõe mihi exhibitæ, apte demõſtret, in mẽte & in intentione conditoris mei magnum aliquid mihi fore repoſitum, valde ardenti deſyderio afficior ſcire uiã & modũ per quẽ ad hoc ptingere poſſim, quod abſq; dubio tam ꝓuide mihi ſentio p̃paratũ & reſeruatũ. Neq; ẽm cõditor me⁹ tã ingenuã & egregiam

iter cæteras creaturas me creaſſet, nec me pditã tãto labore reparaſſet, niſi aliqd magnũ in cauſa lateret. SPIRITVS. Magnũ vtiq; & ſũmũ bonũ eſt, ad qđ te altiſſim⁹ vniuerſoꝝ conditor ordinauit, ſed in ei⁹ ordinatione nõ min⁹ admirãda ꝓuidẽtia ſuæ diſpoſitionis, q̃ amplectãda dignatio ſuę bonitatis. Te em̃ quã ſũmi & increati boni capacẽ cõdidit, luto ſociauit, vt nec in pte ſupiori te digniorẽ, nec in pte inferiori uiliorẽ facere potuit. Amplectenda ualde dignatio bonitatis, & exhibitio excellẽtiſſimę charitatis, ſed nõ min⁹ ſtupẽda ammirabilis ꝓuidẽtia ſuę diſpoſitiõis. Sed ex hoc aduerte eum uelle te ſemp tui principiĳ fore memorẽ, vt tãta pcioſiora tibi fierent eius bñficia, quãto tu te uiliorẽ cognoſceres cui hæc ſũt collata. Quia ergo ſũmũ bonũ eſt qđ in intẽtione cõditoris tibi reſeruat̃, nõ mirũ ſi ad hoc adipiſcẽdũ affect⁹ tuus ardẽter inflãmat̃. Sed eſt vnũ in hac ip̃a affect⁹ tui inflãmatiõe, a quo te maxime incũbit præſeruare, vt cũ ardẽti deſyderio tẽdas, lumẽ diſcretionis nõ poſtponas. Sũt em̃ in hac uia qua tendere debes ambulatores multifarĳ, nõ oẽs recta uia incedentes, ſed prohdolor p deuia errãtes. Et cauẽdũ tibi ualde eſt q̃ ardẽti deſyderio duceris, ne errãtib⁹ iũgaris & a uia ueritatis abducaris. Ne forte illud ꝓpheticũ tibi cõtingat improperari. Errauerũt ĩ ſolitudine in inaq̃ſo, & uiã ciuitatis habitaculi nõ inuenerũt. Propterea & redẽptor te ammonet dicens. Intrate p anguſtã portã, qa lata porta & ſpacioſa uia q̃ ducit ad pditionẽ, & multi ſũt q intrãt per eã. Quàm anguſta porta & arta uia q̃ ducit ad uitam, & pauci ſunt q inueniunt eam. Nouit vtiq; ille cui⁹ oculis uniuerſa ſũt manifeſta, q̃ pericoloſum ſit animæ limoſæ carni ſociatæ exuberantes vndas deſpumantis libidinis euadere, & immaculatam ad portũ æternitatis puenire.

Quãto hõ uilior, tanto donũ dei pcioſi⁹.

Neceſſariũ lumẽ diſcretiõis deũ querẽtib⁹

Propterea non ſolum neceſſe eſt tibi ardorem deſyderij tui attendere, verum etiam ne per deuia ſeducaris vbiq; diſcretionis lumen adhibere,&c. Prudẽter igitur agis o anima quæ ad ſummũ bonũ properas,ſi ante omnia errantium tibi deuia demonſtrari affectas,ne præcipitem affectũ ſequens, deuia pro via arripere,& ab optato fine te contingat deuiare. Non tamen neceſſarium omniũ errantium deuia tibi explicari,ſed illorum ſolũmodo qui in una euãgelicæ legis ſagena cõgregati circa uitam Chriſtianã diuerſimode diſſentire cognoſcuntur. Nam ſuperfluum uidetur de illis quãq; diſſerere, quos nulla regiminis habena concludit,ſed improbus & effrenis amor per hoc mare magnum & ſpacioſum quaſi uagos longe lateq; diſpergit.

❧ Sunt itaq; quatuor errorum genera quę ab exordio uitæ Chriſtianę charitatem legis euangelicæ obfuſcaſſe, & pacem Chriſtianorum non mediocriter inueniuntur turbaſſe.

Primum fuit illorum, qui cũ lege euangelica quã Chriſtus ſuis ſequacibus ſub modicis ꝑceptis & paucis ſacramentis liberam dereliquit,oneroſam etiam ſeruitutem legis Moſaicæ neceſſariam fore ad ſalutem cõtendebant. Illi(vt uidet̃)ſententiæ ſaluatoris innitẽtes qua dixit. Nõ ueni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Per hoc intelligi uolentes:neceſſarium eſſe ut unuſquiſq; legis euãgelicæ præcepta perfectiora ſic cuſtodiat, vt tamẽ legis Moſaicæ imperfectiora nõ omittat. Sed huic errori Apoſtolus Paulus profundiſſimas ſcribens epiſtolas ad Romanos & ad Galathas, per ſententias irrefragabiles ita obuiat, vt nullum dubietatis locum relinquat. Oſtendit eñ Apoſtolus obſeruationem legis euangelicæ non ſolum

Primus error q cũ Euangelio legem ſeruaret.

De lege Moſaica.

ſufficere, verum etiam ſolūmodo ſufficere ad omnem perfectionem uitæ Chriſtianæ. Obſeruationē uero legis Moſaicæ quę tempore ſuo aliquid ualuit ad perfectionem Chriſtianæ uitæ non ſolum nihil proficere, ſed multum obeſſe. Vnde dicit ad Galathas: Ecce ego Paulus dico uobis, quoniam ſi circūcidamini, Chriſtus uobis nihil proderit. Qui in lege iuſtificamini, à gratia excidiſtis. Nos em̄ ſpiritu ex fide ſpem iuſticiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu, neq; circūciſio aliquid ualet neq; præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur.

Secūdus error qui ſine operibus ſola fide.

Secundū genus errorum eſt illorū, qui perfectionem Chriſtianæ uitæ ita in ſola fide conſtituerūt, & opera fidei ſibi neceſſaria non crediderūt. Ita ut credentes in Chriſto & bonū fidei habētes, omnia ſibi alia licere arbitrati ſunt. Illi (vt uidetur) ſententię ſaluatoris innitentes. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Hūc errorē Apoſtolus multifarie deſtruit, dicens ad Galathas: Vos in libertatem uocati eſtis fratres, tantū ne libertatē in occaſionē detis carnis, ſed per charitatē ſpiritus ſeruite inuicē. Dicens, uos in libertatē uocati eſtis fratres: oſtēdit bonum fidei, qđ per gratiā Chriſti mētibus fideliū infundit. Sola em̄ charitas q̄ fideles credere facit in Chriſto, ſicut affectum mētis ab omni re creata liberat, ſic in deo reſolutū liberat. Mens em̄ humana quæ ꝓ ſua capacitate diuinis & cœleſtibus delicijs eſt aptata: quotiēs terrenis afficit, totiēs ſua libertate priuatur.

Quō differūt tēporalia bona ab æternis.

Sicut em̄ tēporalia eo ꝙ ſunt & aliquid boni habēt, humanæ mēti aliquid delectationis cōferūt: ſic eo ꝙ tranſitoria ſunt, timore amittēdi mentē uehemēter affligūt. Aeterna uero bona quæ per Chriſtū in lege euāgelica fidelibus ſunt ꝓmiſſa, mentē hu-

manã ad ſe per fidem charitate informatã eleuatã, ab omini anxietate liberãt,& in magna libertate dilatant. Qđ aut poſtea ſubdit, tãtũ ne libertatem in occaſionẽ detis carnis, ſed per charitatẽ ſpiritus ſeruite inuicem: oſtendit opus uirtutis ex fide procedẽs. Per charitatem ſpiritus proximo ſeruire, duo cõprehendit.ſ.interiorem motũ uoluntatis, & exteriorẽ exhibitionem operis. Charitas ſpiritus, eſt motus uolũtatis; ſeruitus proximi, eſt exhibitio operis exterioris. Charitas mouet uoluntatẽ: mota uolũtas, mouet mẽbra corporis per ſpiritus uitales ad exhibitionem exterioris operationis. Vnde fit ut vbi exeundi in opus externũ facultas ſuppetit, ibi ſola uolũtas charitate informata, quantũ ad perfectã bonitatẽ Chriſtianæ uitæ nõ ſufficit. Si uero deeſt facultas in opus externũ exeũdi, tũc ſola uoluntas charitate informata ꝓ facto reputari debet. Iuxta illud. Gloria in altiſſimis deo, et in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Ex his ergo intelligit̃ duplicẽ eſſe actũ uolũtatis, qui ad perfectionẽ Chriſtianæ uitæ requirit̃. Vnus eſt actus eius elicitus ſiue internus, qui immediate egredit̃ ab ipſa uoluntate, & eſt motus uel inclinatio uoluntatis ad hoc bonũ per modũ electionis ad qđ per gratiã mouet̃. Et hic eſt actus fidei formatę, quo anima deo cõfigurat̃, & acceptabilis reddit̃. De quo per Apoſtolũ ad Heb. dicitur: Sine fide impoſſibile eſt placere deo. Eſtq́ʒ uoluntas perfecta omni pfectione ſibi poſſibili ſecũdũ iſtũ actũ fidei, dummodo nõ ſubeſt facultas in opus externũ exeũdi. Quia ex pte uolũtatis nihil deeſt, quin in actũ exiret, ſi facultas ſuppeteret. Vbi uero ex parte uolũtatis nihil deeſt, ibi totũ eſt qđ eſſe poteſt. Et vbi totũ eſt, ibi perfectũ eſt: quia omne totũ

Charitas ſpiritus ſeruit⁹ proximi.

Duplex actus uoluntatis.

Actus elicitus id eſt, internus

Actus uolun- tatis imperat⁹ id eſt, extern⁹.

perfectũ eſt in genere ſuo. Alius eſt actus uolũtatis, imperatus ſiue externus, qui eſt actus alterius poten tiæ, motæ tamen per ipſam uolũtatem ad huiuſmo di actũ. Et hic eſt actus fidei formatæ exterior, quo homo non ſolum deo acceptabilis redditur, ſed etiã ad honorem dei hominib⁹ exemplaris efficitur. De quo per Apoſtolum ad Philippenſes dicitur. Deus eſt qui operatur in uobis uelle & perficere pro bona uoluntate. Omnia autem facite ſine murmurationi bus & hæſitationibus, vt ſitis ſine querela & ſimpli- ces filĳ dei ſine reprehẽſione in medio nationis pra- uæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo, uerbum uitę continentes. Et per ſaluatorẽ: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, vt uideant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrũ qui in cœlis eſt. Hic actus fidei neceſſariæ, ad perfectio- nem uoluntatis requiritur, dũmodo facultas ſubeſt: qua interior motus uoluntatis ad exteriorem effe- ctum perducatur. Vnde illud Apoſtoli ad Roma- nos. Corde creditur ad iuſticiam, ore autem confeſ- ſio fit ad ſalutem. Et hoc eſt uerum vbi facultas ſup petit, vbi uero facultas non ſuppetit, bona uoluntas pro facto reputabiĩ. Sed forte hic aliquis poſſit obĳ- cere: Planum eſt interiorem actum fidei ad omnem perfectionem Chriſtianæ uitæ ſufficere, & exterio- rem actum ad eius perfectionem nihil facere. Dicit enim Apoſtolus ad Romanos: Omnes enim pecca uerunt & egent gloria dei: iuſtificati gratis per gra tiam ipſius, per redemptionem quę eſt in Chriſto Ie ſu. Et infra. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. Qui enim concludit, hominẽ gratis & ſine operibus legis iuſtificari: ma- nifeſte demonſtrat exteriorem actum fidei non re-

Obiectio.

quiri,ſed interiorem eius actum ad omnē perfectionem ſufficere. Circa quod attēdere debes o anima, ſcripturam ſacram omnibus eam uere intelligentibus vbiq; conuenire,& illis ſolūmodo à quibus male intelligitur,diſcrepare. Dicit Apoſtolus,hominē gratis & ſine operib⁹ legis iuſtificari; gratis dicit ad commendandam gratiam redemptoris,ad euacuādam omnem arrogantiam hominis,vt non glorietur coram deo omnis caro. Dicit etiam,ſine operib⁹ legis,ſed non ſine operibus fidei. Q. enim Apoſtolus a perfectione Chriſtianæ uitæ, opera fidei ſecludere non intendit; manifeſte patet ex eo, qd̄ ad Galathas ſcribit.Nolite inquit errare, deus non irridet. Quæ em̄ ſeminauerit homo hæc & metet. Quoniā qui ſeminat in carne ſua', de carne & metet corruptionem.Qui autē ſeminat in ſpiritu,de ſpiritu metet uitam æternam. Bonum enim facientes nō deficiamus, tempore enim ſuo metemus non deficientes.Ergo dum tempus habemus operemur bonum ad omnes,maxime autē ad domeſticos fidei. Itē ad Romanos.Fratres debitores ſumus non carni ut ſecundum carnē uiuamus, ſi enim ſecundū carnē uixeritis moriemini,ſi autē ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis. Item,Obſecro uos fratres per miſericordiā dei,vt exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentē ſanctā,deo placentem,rationabile obſequiū ueſtrum.Et nolite cōformari huic ſeculo,ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, vt ꝓbetis quæ ſit uoluntas dei bona & beneplacens & perfecta. Quid ex his Apoſtoli uerbis accipimus, niſi ꝙ ipſe qui hominem gratis & ſine operib⁹ legis iuſtificari dixit, q̄ neceſſaria ſint opera fidei, vbi facultas ſubeſſet,intelligi uoluit. Quid em̄ neceſſe eſſet bonū facere &

Iuſtificari hominem gratis quō intelligit

Aliud bonũ uelle, aliud facere.

nõ deficere,ſi interior motus fide ſufficeret. Aliud deniq; eſt bonum uelle,& aliud bonum facere. Per interiorem motum fidei, bonum uolumus & eligimus:per exteriorem exhibitionem operis,bonum facimus. Manifeſtum eſt igitur ad perfectionem Chriſtianæ uitæ,vbi facultas ſubeſt utrunq; actum fidei tam interiorem quàm exteriorem neceſſarie requiri. Sicut & ipſa ueritas euidenter oſtendit, dicens: Non omnis qui dicit mihi,domine domine, intrabit in regnum cœlorum,ſed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cœlorum.

Tertius error eorũ, qui pdicta cõcedunt, ſed ex naturalibus fieri poſſe diffiniunt.

Hæreſis Pelagianę reliquię nondum extinctę ſunt.

Tertium genus errorum eſt illorum, qui utrũq; actũ tam iterioris uolitionis q̃ exterioris operationis ad Chriſtianæ uitæ perfectionem neceſſarium credũt,ſed q naturales uires liberi arbitrij, ſiue naturalis facultas humanæ naturæ abſq; auxilio diuinæ gratię ad hoc ſufficiat,impie dogmatiſare non erubeſcũt. Hæc fuit hæreſis Pelagiana,quę quãuis ab eccleſia ſit cõdemnata,& multis ſcripturarũ teſtimonijs reprobata,in quorũdã tamen cordibus quędam reliquiæ ex ea ſerpere reperiuntur, qui uirtutum exercitium non ſolũ diuinæ gratię attribuũt, ſed in facultate naturalis aptitudinis,plusq̃ expedit confidunt. Contra quos tamen per Apoſtolũ dicitur: Gratia dei ſum id quod ſum,& gratia eius in me uacua non fuit. Et rurſum:Non enim quod uolo bonum hoc facio,ſed quod nolo malũ hoc ago, &c. Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem, video autẽ aliam legem in mẽbris meis,repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis. Nouit utiq; Apoſtolus,q quãmuis natura humana

Cõtra confidẽtes plus q̃ decet i facultate naturali.

in eo dignitatis gradu ſit creata, vt ad ſublimitatẽ æternę beatitudinis poſſit eleuari,& ob hoc ad eam deſyderio fertur naturali:propter nimiam tamẽ diſtantiam naturæ ab excellentia glorię,hoc fieri nõ potuit,niſi per aliquod medium,quo naturæ humilitas ad ſublimitatem gloriæ eleuetur:hoc autẽ medium,gratiam dicimus. Et ſi hoc uerum eſt de natura integra,quid dicendum eſt de iam corrupta,& uarijs peccatorum oneribus aggrauata.Quod grauamen ita unicuiqꝫ imminet,vt interdum nec bonum quidem facere poſſit quod diligit, aut ſi facit, non tamen ita facit ſicut concupiſcit. Vnde Apoſtolus ſub hoc onere ſe ſuppreſſum intelligẽs,& nõ bonum quod diligit,ſed malum quod odit ſe facere dolens ingemiſcit & dicit: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?Fruſtra enim infelicem ſe diceret,ſi naturali facultate ad felicitatẽ peruenire poſſet. Sed quia hoc ſibi impoſſibile iudicat,tum propter naturalis facultatis inſufficiẽtiam, tum propter pondus corruptionis naturam aggrauans,vbi doloris ſui remedium expectat,mox ſubdendo manifeſtat dicẽs:Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.Quaſi diceret:Quantum ex cõſyderatione propriæ imbecillitatis in meipſo deficio, tantũ ex cõſyderatione diuinæ bonitatis in eius gratia reſpiro. Ad idẽ ualet quod per ſaluatorẽ dicitur. Sicut palmes non poteſt facere fructum a ſemetipſo niſi manſerit in uite,ſic nec uos niſi in me mãſeritis.Ego ſum uitis, & uos palmites, q manet in me & ego in eo,hic fert fructũ multum,quia ſine me nihil poteſtis facere. Ad huius erroris manifeſtationem poterant hæc ſcripturarum teſtimonia ſufficere, ſed ad maiorem dicendorũ declarationẽ,

Gratia eſt mediũ inter naturam & gloriã

Quare gratia ſit neceſſaria ad obſeruationem euangelicæ legis.

Duæ uires. Intellectus, & uolũtas.

libet quaſdam rationes aſſignare. Attendere igitur debes animã, duas eſſe principales uires, ꝑ quas ſummæ operationes humanæ perficiuntur, vt intellectus & uolũtas. Quæ q̃uis ab onere carnis min⁹ ſunt præpeditæ, nihil tamen dignũ æterna beatitudine per ſuas naturales operationes poſſunt facere, ſicut ex ſubſequentibus potes aduertere. Et primo de ratione & actibus eius. Notũ eſt unamquãq; uim animæ, ſuum proprium obiectum habere per quod ad proprium actum deducitur, & in ſua actione perficitur, ſicuti obiecta perficere habent ſuas potentias. Proprium autem obiectum rationis eſt ſummũ uerum, ſicut proprium obiectũ uoluntatis eſt ſummũ bonum, & quia nulla potentia per ſuum proprium obiectum in actum deducitur, niſi ab ipſo informetur. Informari autem non poteſt ab obiecto, niſi obiectum à potentia comprehendatur, ſicut uiſus non actiuatur niſi per comprehenſionem coloris, nec auditus niſi per comprehenſionem uocis, &c. Potẽtia uero non poteſt apprehendere obiectũ, niſi ſit capacitati potentiæ proportionatum: eo q; ſicut excellẽs ſenſibile nõ informat, ſed corrumpit ſenſum, ſic excellens intelligibile non informat ſed obtũdit intellectũ. Hinc eſt q; ut principales uires animæ ad ſuas proprias actiones deducantur, neceſſe eſt ut a ꝓprio ſuo obiecto informentur. Informari autem nõ poſſunt, niſi potẽtia & obiectum eius mutuo cõproportionentur. Quia ergo ſummũ uerum, eſt proprium obiectum rationis: & ſummum bonũ, eſt proprium obiectum uoluntatis: eo q; in eius comprehenſione conſiſtat ſumma & ultima operatio utriuſq;. Iuxta ſententiam ſaluatoris dicentis: Hæc eſt uita æterna, vt cognoſcant te ſolum uerum deum, & quẽ miſiſti

De operatiõe ratiõis & act⁹ eius.

Ieſum Chriſtum. Et ſummum uerum & ſummũ bonum eſt infinitæ comprehenſionis: naturalis uero capacitas rationis & uolũtatis eſt finitæ actionis. Finiti autem ad infinitum nulla eſt proportio, neq; aliqua potentia naturalis, poteſt naturaliter tendere ſupra ſe. Quia nullum agẽs excedit proportionem principij ſui actiui. Manifeſte patet, ꝙ principales uires animæ, naturali facultate ad proprias ſuas actiones tendere non poſſunt, ſed oportet ut alia uirtus eis accreſcat, qua illud perficiãt: hoc autem dicimus auxilium gratiæ. Alia etiam ratione id declaratur. Sicut oportet appetitũ rationalem exire a ſe, & eleuari ſupra ſe, ſi deo debet per amorẽ uniri, ſic oportet intellectum humanũ ſupra ſe eleuari, ſi debet ad dei cognitionem pertingere. Sed neuter eorũ per proprias & naturales apprehenſiones & inclinationes poteſt a ſuis naturalibus exire, quia nihil eſt ſeipſo maius uel fortius. Ergo ſi aliquis eorum debet ad ſummas & ultimas operationes ſuas, quæ ſunt operationes ſupernaturales, ſecundum ſtatũ uiæ ad beatitudinem diſponentes, ſecundum uero ſtatum patriæ fruentes, oportet alio auxilio extrinſeco adiuuari. Hoc autem eſt auxilium gratiæ. Secunda ratio quare grã eſt neceſſaria.

Alia ratione idem adhuc declaratur. Sicut neceſſe eſt uoluntatem cuiuſcũq; Chriſtiani ſe habere circa operabilia, ſic neceſſe eſt intellectũ ſe habere circa credibilia. Sed uoluntas tenetur obedire diuinis legibus ad faciendum & ſeruandum eas, etiam cõtra propriam inclinationem & naturale deſyderiũ ei9. Iuxta illud quod per ſaluatorem dicitur: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mãdata. Et illud. Niſi quis renũciauerit omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Manifeſtum eſt autẽ, ꝙ mãdata ſeruare Tertia ratio ad idem.

Sicut volũtas tenetur obedire deo contra propriam inclinationẽ ſic etiam intellectus.

& oĩbus renũciare, eſt cõtra propriã inclinationẽ & naturale deſyderiũ uolũtatis. Quia naturalis inclinatio uoluntatis eſt ſeruare naturã in ſuo eſſe, obſeruatio mandatorꝫ dei eſt naturã relinquere, & ſi neceſſe ſit ad iuſſionẽ dei, ad deſtructionẽ eam offerre: ſicut patuit in martyrib⁹. Sicut ergo uolũtas tenet̃ obedire diuinis legib⁹ ad faciẽdũ, ſic intellectus tenet̃ aſſentire diuinis illuſtrationib⁹ in articulis fidei etiã contra naturalẽ apprehenſionẽ rationis ad credẽdũ. Iuxta ſententiam ſaluatoris dicentis: Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit: qui uero nõ crediderit, condemnabitur. Sed quia credere articulos fidei qđ eſt neceſſarium ad ſalutem, non fit per naturalem apprehenſionem intellectus, eo ꝙ intellectus nihil poteſt ſupernaturaliter apprehendere, niſi in quo relucet, aut euidentia ueritatis, aut ſimilitudo uel probabilitas ueri aut ꝓbatio rationis. Multi uero ſunt articuli fidei in quibus nullum iſtorum naturali apprehenſioni intellectus relucet: manifeſte patet, neceſſarium eſſe intellectui, vt ad hunc actum ſalutis aliunde adiuuetur, hoc eſt, lumine fidei illuſtretur, quod eſt auxilium gratiæ. Ex prædictis omnibus manifeſte colligitur, ꝙ q̃uis naturalis facultas hominũ ad actus naturales aliquid ualeat, tamen ad actus ſupernaturales, quibus anima ad uitam æternę beatitudinis diſponitur, ſine auxilio gratię nihil poſſit.

Credere articulos fidei nõ fit per naturalẽ apphẽſionẽ

obiectio de naturali motu ad ſummum bonum.

ANIMA. Mirum uidetur qđ audio. Cum enim conſtet, ꝙ ſicut creator omnium deus qui naturam inſtituit, nihil fruſtra fecit, ſic nec natura unq̃ fruſtra mouet̃ aut tendit. Alioquin motus naturalis eſſet inanis. Sed ſicut ex ſcriptura & rationibus præmiſſis manifeſte colligit̃: appetitus rationalis, naturali motu ad ſummũ bonũ mouet̃. Nam ſummũ bo

nũ ꝓpriũ obiectũ rationalis appetit⁹ ibidẽ dicitur, & clarũ eſt, ꝙ oĩs potẽtia naturali motu ad ſuũ propriũ obiectũ inclinat̃, ſicut omnis materia ad ſuã formã afficit̃. Quia ergo appetit⁹ rationalis naturali motu ad ſui ꝓprij obiecti apprehenſionẽ tẽdit, ſi tunc per ſuã naturalẽ tentionẽ ad eius apprehenſionẽ perue nire non poterit, nonne naturalis motus appetitus rationalis, inanis eſſe cõuincitur? Quid enim aliud eſt tendere, & ad qđ tenditur nõ poſſe peruenire, q̃ fruſtra laborare? Neceſſe eſt ergo, vt uel mot⁹ natu ralis inanis dicat̃, vel ꝙ natura ad omne id ad qđ na turali motu mouet̃, ſua naturali facultate pertinge re poſſe affirmetur. SPIRITVS. Ea de cauſa utile mihi uiſum fuerat, prædictã materiam aliquã to diffuſius tractare, vt te ad expiationem huius in te latentis ueneni poſſim inducere. Quia neceſſariũ nõ erat, errori iam dudũ tã famoſiſſimorũ uirorum ſcriptis q̃ eccleſię determinatione emẽdato ꝑ nouas rationes obuiare. Niſi aliqd in quorũdã cordib⁹, ex hui⁹ erroris reliquijs lateret, qđ neceſſariũ eſſet emẽ dare. Hoc eñ ſi meminiſti & antea dixerã. Malũ. ſ. huiuſmodi in quorũdã cordib⁹ adhuc ſerpere. Ex hoc nẽpe ſi bene aduertis, videbis multos in eccleſia dei ad Chriſtianæ uitæ exercitia uarijs duci deſyde rijs, & paſſim magnũ amoris feruorẽ ut uidet̃ oſten dere, nũc magna facere, nunc mira dicere, maioraq; & mirabiliora ꝓmittere, ac alios huiuſmodi ĩpetuo ſi ſpiritus feruorem nõ ſequẽtes, ignauiæ arguere. Hinc in exterioribus obſeruantijs & ceremonijs ri gor intolerabilis exhibetur, & circa deficientes fra tres, benignitas charitatis negligitur. Motus appeti tus ſui infatigabiliter exequũtur, traditiones homi num magno amore amplectũtur, ſed potiora legis

de errore quo ſerpit in cordib⁹ quorũdã

De feruore inordinato quo rũdam ſed nõ ſecũdum ſciẽtiam.

Corporalis exercitatio ad modicũ utilis.

præterire reperiuntur. Quibus congrue illud ſaluatoris phariſæis improperantis conuenire uidet̄. Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anetum & cyminum & relinquitis quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam & fidem, hæc oportuit facere, & illa nō omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Sed quid? Magno charitatis feruore tam ad propriam q̄ ad proximorum ſalutem aſpirare uident̄. Sed ſi ſubtilis diſcretionis acumine ſingula penetrātur, proculdubio reperietur, ꝙ ad huiuſmodi quę in oculis hominum magna uident̄, non diuini ſpiritus feruore feruntur, ſed propriarum paſſionū deſyderijs agitantur. Videtur ſpirituale eſſe quod agitur, ſed proculdubio, caro & ſanguis reuelant quicquid actitatur. Ab hoc malo ut caueas o anima te ammonitam eſſe deſydero, vt ſi bonum agere te delectat, bonum etiā bene facere nō omittas. Nulli enim dubium, quin naturalis facultas hominis, ad multa bona facienda ſufficiat: ſed ſentire ꝙ ad bonū bene faciendum ſufficiat, a ſynceritate Chriſtianę fidei omnino degenerat. Sicut Apoſtolus ad Galathas euidēter demōſtrat cum dicit: Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem iam ego, non ego, viuit uero in me Chriſtus. Qđ autem nūc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non obijcio gratiam dei. Si enim per legē iuſticia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Gloriatur eñ Apoſtolus, amore ſe unitum Chriſto, & uitam gratiæ inueniſſe in Chriſto, qui antea uita mortis miſerabiliter agebatur ſine Chriſto. Sed q̄ alienam uitā gratiæ quā fecit charitas, cenſeat a uita naturæ quā regit cupiditas, manifeſte dicens: Viuo ego, iam nō

Naturalis facultas ad bonū bene faciēdum nūq̄ ſufficit.

Differētia īter uitā gratiæ & uitam naturę.

Apoſtolus. Viuo ego, non ego.

ego, uiuit uero in me Chriſtus. Quaſi diceret: Opera uirtutum quæ uitam gratiæ in me demonſtrant, non facio ex uirtute naturæ qua homo ſum, ſed ex uirtute gratiæ quã amminiſtrat Chriſtus qua eius membrum ſum. Et ideo iam nõ uiuo ego operans ſecũdum motum naturæ, ſed uiuit in me Chriſtus, qui uigore ſpiritus ſui mouet me ad miniſteriũ ſuũ a ſe prædeſtinatum. Felix qui hoc dicere poteſt cum Apoſtolo, vt mẽbrum Chriſti effectum, ita ab eius ſpiritu abſorbeatur, vt in ſtatum quẽdam ſupermũdanum tranſformetur, vt motum naturæ moleſtũ non ſentiat, ſed in trãquillitate ſpiritus motum gratiæ ſequens, totum diuinum eſt quod deguſtat.

ANIMA. Gratiſſimum nihil eſt quod audio. Sed queſo te ut clarius me inſtruas de errore impetuoſi ſpiritus quem demonſtras. Videris enim dicere, multos interdum magna bona facere, deũ tamen ſic facta bona non acceptare. Vnde fit, ut quãuis multum laborant, tamen ad optatum finem non perueniant. Cuius quidem diſcretionis acumen quia non attingo, a te plenius informari deſydero.

SPIRITVS. Si huius diſcretionis claritatem uidere deſyderas, ab exercitio carnis te pauliſper ſubtrahas. Quia iuxta Apoſtolum. Animalis homo nõ percipit ea quæ dei ſunt. Vt ergo a præmiſſo errore libereris, & in omnibus agendis ueræ diſcretionis lumine illuſtreris, ante omnia te attendere oportet: Q. error nihil aliud eſt, niſi diſcrepantia a ueritate, vel diſſimilitudo ueritatis: veritas autẽ deus eſt. Vnde liquet, ꝙ a ueritate diſcrepare, eſt errare, ſicut obliquare a recto tramite eſt deuiare, hoc eſt, de recta uia errare. Et ideo quãto difformius a ueritate diſcrepatur, tanto obliquius erratur. Attendere etiam

Animalis homo nõ ꝑcipit q̃ ſũt ſpũs dei.

Quid error.

debes, ꝙ omnis inclinatio appetitus rationalis, ſiue ſit naturalis ſiue ſupernaturalis, ad hoc tendit, ut ſuo principio, quod eſt deus, cõiũgatur, quia ibi ſolus eſt locus quietis eius & conſummationis. Hæc autem coniunctio non eſt unius ad alterum colligatio, vel unius ad alterum per ſitum localem acceſſio uel eleuatio, ſed duorum appetituum, hoc eſt, diuini & rationalis appetitus ſecundũ modum poſſibilẽ conformatio. Quia ſicut deus non deſcendit de cœlis per eſſentiam ſuam incõmutabilem, ſed per cõmunicationem & influentiam ſuæ bonitatis ab ipſo manantem. Ita ſpiritus rationalis non eleuatur ſupra ſe ad unionem dei per ſitum localẽ, ſed per habitum deiformẽ: vnde quanto ſpiritus rationalis deo ſimilior efficitur, tanto illi magis coniungitur, & quãto deo diſſimilior efficitur, tanto ab eo magis ſeparatur. Sicut ipſa ueritas per ſe de filio prodigo teſtatur, quẽ in regionem diſſimilitudinis refert abiſſe. Sed quia põderibus ſuis uniuerſa aguntur, & põdus tuum, o anima, amor tuus eſſe cõuincitur, quia quocũꝙ tendis, illuc amore tuo duceris. Amoris uero natura eſt amantem a ſe abducere, & in amatũ tranſferre, atꝙ amantem tranſlatum in amatum, facit amati formam induere. Hinc eſt ꝙ hanc ſimilitudinem qua deo coniungeris, vel diſſimilitudinem qua ab eo ſepararis, te memineris in appetitu tuo rationali eſſe quærendum. Quam cum inueneris, proculdubio ueræ diſcretionis lumen quod quæris te inueniſſe gaudebis.

Amoris põd⁹

Natura amoris.

ANIMA. Rogo ut imbecillitati meæ ſubuenias, & quod ego inuenire non ualeo, tu oſtendas.

SPIRITVS. Attende igitur o anima, ꝙ appetitus tuus uarijs motibus ducitur, & ſecundum hoc

uarij in eo amores diſtinguuntur. Eſt enim in eo motus naturalis, animalis, & rationalis.

Naturalis, eſt inclinatio appetitus ſequens diſpoſitiones naturalium qualitatum, ſicut appetitus quieſcendi tempore fatigationis, &c. Motus, naturalis, aïalis, rationalis.

Animalis, eſt inclinatio appetitus ſequens apprehenſionem ſenſus, ſicut appetitus uidendi rem pulchram, &c.

Rationalis, eſt inclinatio appetitus, ſequens apprehenſionem appetentis, ſecundum liberum iudicium rationis, & liberam electionem uoluntatis. Et de hoc eſt nobis hic ſermo.

Hic igitur motus rationalis duplici te amore agitare ſolet, ſecundum duplex pondus amoris quo interius oneraris. Eſt enim in te natura tua per creationem tibi indita, & ab hac ineſt tibi pondus amoris naturalis, quo naturali deſyderio ſurſum ad ſummum bonum erigeris. Et eſt in te gratia per liberalitatem redemptoris tui naturæ tuæ ſuperaddita, & ab hac ineſt tibi pōdus amoris diuini, quo deſyderio charitatis teipſam deſerens, ſupra te eleuaris, & tuiipſius penitus oblita, in ſolum beneplacitũ diuinum reſolueris. Duplex pōd⁹ amoris, naturalis, & diuini

Sed quia vtrumqꝫ pondus amoris appetitum rationalem ſurſum erigit, & ad participationem ſummi boni inducit, hinc eſt, ꝙ unus ab altero interdum non diſcernitur, & ob hoc a multis in ſuis ardentibus aſpirationibus aliquoties erratur. Ita ut quod pondere naturalis amoris agitur, pondere diuini amoris fieri creditur. Atqꝫ ex hoc accidit, ꝙ multi per uaria uirtutum exercitia ad diuinā ſimilitudinem ſe aſcēdere p̄ſumūt, qui tamē deū uicini⁹

non accedunt. Quia enim appetitus pondere amoris in amatũ trãſfertur, ſi tunc natura eſt ipſum amatum in quod appetitus appetentis tranſfertur: manifeſtũ eſt naturam ex trãſlatione ſuiipſius in ſeipſam non meliorari, ac per hoc deo ſimiliorẽ q̃ prius fuerat non fieri. Q̃ ſi ſimilior deo non fit, planum eſt, ꝙ ad eum uicinius q̃ prius fuerat non accedit. Ecce anima q̃ aperta te reuincit ratio, q̃ uane multi plerũ ꝗ laborem ſuum conſumunt. ANIMA. Queſo te ut ſignũ mihi aliquod oſtendas, per quod unũ ab altero cognoſcere,& ab errore immunem me ualeam præſeruare. SPIRITVS. Melius aliquid quo hoc te doceam nunc non occurrit, quàm natura amoris, quæ hoc manifeſte per ſe oſtendit. Dixi prius: Naturam amoris eſſe talem, ꝙ amantem a ſe abducere,& in amatum ſolet tranſferre. Atꝗ trãſlatum in amatũ, facit amati formã induere. Quid ex hoc aliud perpendere poteris, niſi amãtem talem fieri, quale eſt id quod amat? Si igitur carnẽ amas, caro es, hoc eſt, carninam formã induis. Si naturã amas, natura es, quia naturalem formam induis, ſi porcũ amas, porcinam formam induis. Poſtremo ſi deum amas, deus es, quia formam diuinã induis. Quo eñ deo ſimilior fieri poteris, q̃ id fieri per amoris ſimilitudinem, quod ipſe eſt per naturã. Ecce ex hoc perpendere poteris ſubtilitatem iſtius diſcretionis. Quotienſcũꝗ ergo appetitus tuus ſurſum ad ſummũ bonum erigitur, ſubtiliter diſcute, quid in ipſa ſua eleuatione querere ſentitur. Si enim ſummũ bonum quærit & diligit, quia ſibi bonum & utile, & in multis poteſt eſſe delectabile, ꝓculdubio, vt negociator accedit non ut amator. Tali enim modo negociatores ad mercimonia afficiuntur. Neꝗ enim amoris

De ſigno amoris.

Nota bene.

officium queſtus eſt,ſed exercitium. Si uero appetitus tuus pondere diuini amoris ſurſum eleuatus,a ſe & ſuis naturalibus exit & eleuatur & in deum transfertur, ac ſui penitus oblitus in eum quem amat totus reſoluitur, ita ut propriæ utilitatis ac delectationis immemor, ſolum amati uoluntatem & honorẽ & beneplacitũ etiam ſi neceſſe eſt in propriam cõtumeliam ſe quęrere delectatur. Talis utiq; diuinã formam induit,& ad eius ſimilitudinem accedit. Hoc deniq; ueri amoris exercitium eſt, amantem in omnibus amati quęrere beneplacitum. Amans eñ nihil aliud quęrit,niſi amari ab amato. Amari autem nõ poſſit niſi in omnibus amato placeret. Videſne q̃ alienum & eleuatũ oportet eſſe ab humano opere, quod dignũ debet eſſe in diuina acceptatione? Quid enim? Putaſne illos pondere diuini amoris ad deum eleuari,qui magna quidem uirtutum exercitia in oculis hominum faciunt, ſed per huiuſmodi quæ faciunt,immaniter ſupra alios ſe extollunt. Iactant enim ſe de arduitate operis, & in immenſum gloriant de excellentia quam ſibi promittunt æternæ retributionis. Vbi tanta eſt attentio ad retributionem & meritum, nunquid talis appetitus eſt ſupra ſe eleuatus in amoris exercitium? Sed quid contra huiuſmodi ipſa ueritas dicit, attende. Cum feceritis inquit om̃ia quæ præcepta ſunt,dicite,quia ſerui inutiles ſumus,qđ debuimus facere fecimus. Valde enim alienum eſt ab amoris integritate, in ipſo amoris exercitio, mentionem facere de retributione. Amor eñ ſibiipſi retributio eſt,ipſe ſibi ſoli ſufficit,& pręter ſe uel extra ſe nihil aliud quęrit. Quid enim aliud eſt æternæ retributionis p̃mium,q̃ ſummum amoris exercitium? Igitur quid ſit amor,ille

Verum amoris exercitium

Cõtra iactãtes ſe de arduitate operis.

Amor ſuiipſi⁹ nihil extra ſe quærit.

ignorare conuincitur, qui prӕter actum amoris aliā mercedem quærere reperit. Vis audire uirum ſyncero & integro amore deo inhærentem? Omnibus omnia factus ſum, vt om̄es lucrifacerē. Item, Optabam anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis.

Quartus error de obſeruātia euangelicæ legis per uota.

Quartum genus erroris eſt illorum, qui utrunqꝫ actū fidei tam interioris uolitionis, q̄ exterioris operationis ad perfectionem Chriſtianæ uitæ neceſſarium credunt: ſed in hoc deſipiunt, ꝙ ad perfectiora opera legis euangelicæ facienda, libertatem ſpiritus ſecundum interiorem motum fidei non ſufficere contendunt: ſed ad hoc obligationē uoti neceſſarie requiri impie dogmatiſare non erubeſcunt. Ita ut libertatem euangelicā in ſeruitutem obligatoriā redigentes, a phariſaica ſuperſtitione non multum diſtare reperiantur. Hic eſt error noſtri temporis, qui cum pelagiana hæreſi in multis conuenire cognoſcitur. Illa enim gratiā ad opera uirtutū æternӕ beatitudinis non eſſe neceſſariam, ſed ſolam naturalem facultatē uolūtatis ad hoc ſufficere inſaniſſime delirauit. Hic uero error ſi diligenter inſpicitur, licet gratiam dei ad huiuſmodi opera neceſſariā confiteat̄, nihilominus ꝙ gratia per ſe ad hæc nō ſufficiat, ſentire deprehenditur. Nam dicere ꝙ abſqꝫ obligatione uoti conſilia euangelica quo ad ſummā eorum perfectionem obſeruari nō poſſunt, quid aliud uidetur ſonare, q̄ ꝙ gratia legis euāgelicæ per ſe ad hoc non ſufficiat. Dicite mihi quorum hæc eſt opinio. Votū an debeat dici actus naturæ, an actus gratiæ. Si dicitis ꝙ debeat dici actus naturæ, cauſatus a naturali inclinatione uolūtatis ad bonū cōmuniter acceptū, ſicut eſt bonū morale & ex genere, tunc habetur intentū, quia per hoc cōcluditis, ꝙ gratia ꝑ ſe

Error nr̄i temporis cum pelagiana hӕreſi

Votum, vtrū act⁹ gratiæ an naturæ.

non ſufficiat ad ſummam obſeruantiam euãgelicæ legis. Quia ſi gratia p ſe ſufficeret, auxiliũ actus naturalis neceſſariũ non eſſet. Si uero dicitis, ꝙ uotum debeat dici actus gratiæ, cauſat⁹ ab inclinatione uoluntatis ad bonũ ſpecialiter acceptũ, ſecundũ ꝙ uolũtas mouetur a gratia per uirtutẽ charitatis ad bonũ uirtutis infuſum. Tunc quęro, An illum motũ gratiæ dicitis neceſſarie requiri ad integritatẽ uoti, an non? Si dicitis eum neceſſarie nõ requiri, tunc iterũ cõcluditis, ꝙ uotũ poteſt eſſe uerum & integrũ ſine motu gratiæ, & ſic in priſtinũ errorẽ iterum recidiuatis. Quia qđ neceſſarie ad alicuius boni integritatem nõ requirit, abſq; illo res ipſa integra eſſe poſſe cõuincit. Si uero dicitis motũ gratiæ neceſſarie ad uotũ requiri, qd aliud p hoc innuitis, niſi ꝙ uotũ factũ uel emiſſum ſine motu gratiæ, nõ ſit uerũ uotũ & integrũ. Nã ſine illo res integra eſſe nõ poteſt, qđ neceſſarie ad eius integritatẽ requirit. Q; ſi tale uotũ uerũ nõ eſt, ergo uouentẽ ad obſeruantiã nõ obligat. Iuxta illud. In malis ꝓmiſſis reſcinde fidẽ, & in turpi uoto muta decretũ. Si uero uouentem non obligat, ergo uouens ad obſeruantiam uoti ſui cõpelli non poteſt. Quia nemo compelli poteſt ad qđ non tenetur. Sed omnis religioſus ad obſeruãtiam ſui uoti, ab Eccleſia compellitur: multos tamen per motum gratiæ ad uotum & religionem nõ uenire, manifeſte reperit. Nã ſymoniace religiones ingredientes, non p motũ gratiæ cũ decore uirtutũ, ſed p motũ malitię cũ magno dedecore uitioꝝ cõſtat ĩtrare, ut patet ex. de ſymo. ca. Qñ ſymonia. & ca. Veniẽs ad nos. Sic deniq; uotũ religionis emittẽtes, nõ amittũt ex motu grãæ, quia a grã ſunt ſeparatiſſimi, ſed ex motu malitiæ q̃ ſũt pleni. Verũtñ uotũ eorũ

Ad uotũ, motus gratiæ neceſſarie nõ requiritur.

uerum & ualidum ab eccleſia iudicatur. Nam ab eccleſia ab illo monaſterio expelli, & in alio arctioris diſciplinæ recludi mandatur, ac ad faciendam ibidē pœnitentiam, & ad ſeruandam arctiorem diſciplinam q̄ uouerunt, compelluntur: vnde ſi uotū emiſſum in ſymoniaca prauitate nō fuiſſet uerum & integrum, iniuſte non tam ad eius, q̄ etiam ad arctioris diſciplinæ compellerētur obſeruationem. Manifeſtum eſt ergo, ꝙ ad ueritatem & integritatem uoti, motus gratiæ neceſſarie non requiritur.

Alia probatio ne impugnat fortiter.

Thomas princeps erroris circa uota.

Verumtamen ponamus ſicut uos dicitis, vt motus gratiæ ad ueritatem uoti neceſſarie requiratur, & ſic uoluntas uouentis per gratiam qua uotū perficitur in bono firmetur, ſicut princeps erroris ueſtri aperte dicere inuenitur. Tunc iterum quæro a uobis. Cū enim conſtet, ꝙ ſicut lumē ſe habeat ad illuminatum, ſic gratia ſe habet ad uoluntatem. Sed lumen aliquid ponit in illuminato, ſic etiam gratia aliquid ponit in uoluntate rectificata & iuſtificata. Illud autē quod gratia in uoluntate ponit, nihil aliud eſt, quàm quædam conformitas humanæ uoluntatis cum diuina, Hæc autem conformitas per profectum & augmentationem gratiæ cotidie creſcit, donec capacitas uoluntatis ad ſummum gradum ſuæ perfectionis uenerit: quod cum factum fuerit, tunc anima digna facta eſt audire illud ueritatis: Intra in gaudium domini tui. Quia tunc amans anima intrat in amatum deum, hoc eſt, ad ſummum amoris exercitium ducitur, & in amatum tranſformata ſimilitudine & forma amoris, illi ſummo in gradu cōfiguratur. Cum hæc ita ſe habeāt. Quæro a uobis: Quid per uotū motu gratiæ emiſſum, gratia plus ponat in uoluntate uouentis, q̄ ponat in uoluntate

obiectio de firmitate uolūtatis p uotū ſecū dum Thomā

illius qui ſine uoto ſecundum libertatem euangelicam ſe offert ſecundum omnem perfectionem euãgelicam omnibus diebus uitæ ſuæ domino famulari? Et reſpondebitis mihi ſecundum mẽtem doctoris ueſtri. Q uotum ponat in uolũtate uouentis firmitatem in bono, quam non ponit in uoluntate nõ uouentis. Dicit enim, ꝙ uoluntas uouentis per uotum firmatur in bono, & habet quandã ſimilitudinem cum confirmatione beatorum.

Ad quod reſpondeo. Si uolũtas uouentis per uotum firmatur in bono, talis firmatio neceſſe eſt ut ſit. Vel firmatio prædeſtinatorũ, vel firmatio ſanctificatorum, vel firmatio beatorum, quia citra aliquam iſtarũ nulla alia firmatio poteſt reperiri. Sed nulla eſt iſtarũ, quod manifeſte declarabo. Primo uolũtas uouentis non firmatur per uotum in bono, ſicut uolũtas prodeſtinati firmatur in bono ex diuina prædeſtinatione. Quia firmatio uolũtatis in prædeſtinato, licet non ponit impoſſibilitatem peccandi, ſed ponit impoſſibilitatem in fine deficiendi, & finaliter in peccato perſeuerandi. Nã intentio dei deficere non poteſt, & ideo quos finaliter ad æternã uitam prædeſtinauit, certiſſime ad eam peruenient. Iuxta ſententiam ueritatis. Oues meæ uocem meã audiunt, & ego cognoſco eas & ſequuntur me. Et ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quiſq̃ de manu mea. Sed talẽ firmitatem uotum non poteſt facere, quia famoſiſſimorum doctorum ſcripta manifeſte demonſtrant, plures religioſorũ fore damnatos, quod tamen eſſe non poſſet, ſi uotum firmitatem eis contuliſſet prædeſtinatorũ. Quia cum ueritas dicat. Non peribũt in æternũ, & non rapiet eas quiſq̃ de manu mea: mani

Reſponſio.

Triplex firmatio, prædeſtinatorum, ſanctificatorum, beatorum.

De firmatione ꝑdeſtinatorũ.

feſte demonſtrat, ꝙ finaliter a bono nõ poſſunt deficere, quos certitudinaliter ad æternã uitam noſcit prædeſtinaſſe. Neq; enim aliquis ſanæ mentis dicere præſumeret, ꝙ omnes religioſi ad æternã uitam peruenirẽt. Qđ tamẽ neceſſarium foret, ſi firmatio prædeſtinatorũ in eis locum haberet. Secundo, uoluntas uouẽtis nõ firmat in bono ex uoto, ſicut uoluntas ſanctificatorum in utero materno ex ſanctificatione. Quia firmatio uolũtatis in ſanctificato, ponit inſeparabilẽ appetitũ uolũtatis a deo, propter religationẽ & moderationem fomitis, per cuius deordinatã impetuoſitatẽ appetitus uolũtatis ad inferiora depelli, & a deo poterat ſeparari, & propter continuam præſentiã gratiæ appetitus mutabilitatem in bono ſtabilientis. Sed talis non fit per uotũ, quia religioſi poſſunt a bono uirtutis deficere, & facinoroſiſſimi fieri, qđ non eſt neceſſe per rationes probabiles aſtruere. Quia multorũ uita nephãdiſſima hoc declarat manifeſte. Ita ut uulgo dicatur: Qđ monachus audet p̃ſumere, hoc Sathanas erubeſceret excogitare. Quodq; unus ex eis principalis religionũ inſtitutor Auguſtin⁹. ſ. aperte cõfirmat, dicẽs: Quo modo (inquit) difficile ſum expert⁹ meliores, q̃ qui in monaſterijs profecerũt. Ita deteriores non reppe ri q̃ qui in eiſdem defecerũt. Tertio, uoluntas uouentis non firmatur in bono ex uoto, ſicut uolũtas beatorũ in cœlo firmatur ex dei fruitione. Quia firmatio uolũtatis in beato, ponit impoſſibilitatẽ deficiendi ab hoc bono, propter præſentiã omnis boni, & propter actualem & indiſcontinualem conuerſionem totius appetitus rationalis in ipſum ſummum bonum, vel in quodcũq; aliud in quo deus relucet. Et quia tota capacitas uoluntatis ex hoc bono reple

Secũdo, de firmitate ſanctificatorũ ꝙ nõ ſit in uouente

Tertio, de uolũtate beatorꝝ

tur,& appetitus a ſua tentione & operatione quieta tur,ideo ab hoc bono auerti eſt impoſſibile. Sed uotum non facit talem firmitatem,quia ut dictum eſt, religioſi multipliciter deficere & maximi peccatores fieri cotidie reperiuntur. Nã ꝙ multi eorum a diuina dulcedine per quam in bono ſtabiliri poterant non reficiantur,docet multorum lenonina conuerſatio,quæ eos meretricũ amplexibus magis q̃ ſpiritualibus delicijs cõfoueri demonſtrat per euidentia ſigna animaliũ gradientium ſuper terrã, quæ ſicut nulla tergiuerſatiõe poſſunt celari, ita nulla indigét probatione euidenti.

Ecce per pręmiſſas rationes euidenter demõſtratur ꝙ gratia uoluntatem mouens ad uouẽdum, per uotum nullam firmitatem ponat in uolũtate. Quia ſi aliquam poneret,vnam ex trib⁹ præmiſſis neceſſarie poni oporteret. Nam præter ſingularem firmationem gratiæ, glorioſæ & intemeratæ uirginis ex ſingulari dono collatæ,nulla alia in ſcripturis ſanctis poterit reperiri. Quia ergo nullam firmitatem boni in uoluntate uouentis poni,magis q̃ in uoluntate non uouẽtis aperta ratio declarauit, clarum eſt ꝙ uoluntas non uouẽtis,ex libero motu gratiæ, ad ſummam perfectionem euangelicam omnibus diebus uitæ ſuæ ſe offerens domino famulari,tanta conformitate ad deum accedit,quanta uoluntas uouentis accedere poterit. Imo quod maius eſt,ꝙ uotum ad profectum bonitatis in anima abſolute nihil faciat,ſed ſolum in caſu,ſicut carceres & cathenæ quibuſdam infirmis deſeruiunt, ex præmiſſis etiam rationibus aperte colligitur. Nam ſi aliquid faceret, tunc oporteret, ꝙ in uoluntate aliquid poneret, quo uoluntas uouentis deo ſimilior fieret q̃

Votũ ad profectũ bonitatis nihil in anima facit abſolute.

uoluntas non uouentis. Sed ꝙ hoc non faciat, aperta ratio declarat. ANIMA. Placet ꝙ hic de firmitate uolũtatis diſcernis. Sed ꝙ uoti aſſertores firmationẽ uolũtatis ſic intelligi non uolunt, ex quibuſdã alijs eorum dictis conijcio; Dicit enim unus eorum in ſumma contra gentiles. Q; perfectio uiri attenditur ex charitate: Perfectio uero religionis ex obligatione. Ex quibus uerbis uidetur mihi uelle dicere, ꝙ ſi uoluntas uouentis poſtmodum ab actibus religionis uelit reſilire, neceſſitate tamen & obligatione uoti compellente in eiſdem actibus cogatur permanere, vt ſi uoluntas dicatur in bono firmata, hoc eſt, in bonis religionis ligata & coacta, ita ut impune ab eis uoluntatem ſuam non poſſit auertere. Et hanc uoluntariam obligationem uoluntatis ad actus religionis, quos ipſi tenent de perfectioribus actibus legis euangelicæ, dicunt aliquid ponere in uoluntate uouentis quo deo conformior efficitur, quod in uoluntate non uouentis non reperitur. Et in hoc ſe fundare uidentur, ꝙ ſicut in deo eſt uoluntas libera & firma, ſic & uoluntas uouentis eſt libera per electionẽ illius perfecti boni, & firmata in hoc bono per obligationem uoti. Sed talem uoluntatis firmitatem cũ libertate, ſine uoto dicunt non poſſe fieri, & ob hoc tenent uoluntatem uouentis magis q̃ uoluntatẽ nõ uouẽtis deo conformari. SPIRITVS. Qui in uno loco dicit, ꝙ uolũtas per uotum firmatur in bono, & in alio ꝙ obligatur ad bonũ, nihil aliud mihi uidetur ex hoc inſinuare, q̃ ꝙ ſeipſum non intelligat oſtendere. Conceptus enim mentis non niſi ex uerbis accipitur. Vnde qui per uerba diuerſa exprimit, diuerſum etiam ſe habere conceptum oſtendit. Nam ſi grammaticos & logicos ſuper hoc dicto cõ

Thomas ĩ ſũma contra gẽtiles.

Inconſtantia Thomæ ĩ ſuis ſcriptis.

ſulimus, q̃ multum inter ſe diſtent firmari in bono & obligari ad bonum mox reperiemus. Qui prępoſitio in, denotat unionem inhęſiuam, & præpoſitio ad, vnionem adhęſiuam uel contiguam. Inde eſt, ꝙ in bono firmari eſt bono inhærere, ad bonum autẽ obligari eſt bono adhærere. Notum eſt autem quã-tum inter ſe differãt, bono inhærere & bono adhærere. Bono enim inhærere nemo poteſt, niſi qui bonum diligit. Bono autem adhærere poteſt etiã qui ipſum bonum odit. Nam ſolus amor uim habet penetratiuam, & eius officij eſt amantem tranſferre in bonum amatum, eo ꝙ nihil niſi bonum, vel ſub ratione boni amatur. Hæc autem trãſlatio facit amã-tem amato inhærere, ex qua inhæſione unio inhæſiua cauſãt. Vnione uero adhæſiua poteſt quis etiã inuitus ad bonum compelli. Sicut populus iudaicus per cõminationes & terrores ad obſeruãtiam legis cogebatur. Et in religionibus huiuſmodi, qui actus religionis quos promiſerũt ſponte facere nolũt, per clauſtrales diſciplinas facere compelluntur. Claret autem eos quos compelli oportet, ipſum bonum qđ promiſerunt non amare, quia ſemper maxime cenſetur uoluntarium quod fit amore. Igitur uicinius ueritati appropinquat, in hoc quod dicit uoluntatẽ per uotum ad bonum obligari, q̃ ꝙ dicit uoluntatẽ per uotum in bono firmari. Verumtamẽ ꝙ per huiuſmodi obligationẽ, uolũtas uouentis, diuinæ perfectioni conformior q̃ uoluntas nõ uouentis per ſpiritus libertatẽ reddatur, facile apertis rationibus refellitur, &c. Cum enim conſtet deum nihil extra ſe ex neceſſitate, ſed omnia ex libera ſuæ uoluntatis electione facere. Omnem uero creaturam præter intellectualem & rationalẽ ad ſua opera neceſſitari.

Vnio, inhęſiua, adhęſiua.

Manifeſtum eſt, ꝙ humani actus tanto conformiores deo exiſtũt, quãto ex maiori libertate procedũt. Sicut Apoſtolus innuit, ſcribẽs Philemoni ꝓ Oneſimo ſeruo ſuo, vbi ſic ait. Obſecro te pro meo filio quem genui in uinculis Oneſimo, qui tibi aliquãdo inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remiſi tibi. Tu autem illum ut mea uiſcera ſuſcipe. Quem ego uolueram mecũ detinere, vt pro te mihi miniſtraret in uinculis euangelij. Sine cõſilio autem tuo nihil uolui facere, vti ne uelut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed uoluntarium. Quid enim ex hoc datur intelligi, ꝙ Apoſtolus in tanta ſua neceſſitate tanti uiri bonũ nõ uoluit fieri ex neceſſitate, ſed ex uoluntatis libertate? Niſi ꝙ bonũ humanæ uoluntatis tanto uicinius ad conformitatem diuinæ uoluntatis accedit, quãto ex maiori libertate procedit? Gratia enim naturæ ſuperueniens naturalem libertatem uoluntatis non deſtruit, ſed perficit & per charitatem in maiorem libertatem reſoluit. Quãto enim maior & uehemẽtior eſt amor qui per gratiã uolũtati infunditur, q̃ naturalis motus amoris in uoluntate eſſe conuincit, tanto uoluntas maiori libertate ex motu gratiæ q̃ ex motu naturę donat̃. Quia maxime conſtat eſſe liberum & uoluntarium qđ fit ex amore. Simili modo dicendũ de gloria, q̃ eſt naturæ cõſummatio. Quia eñ iuxta ſentẽtiã Ioannis Apoſtoli. Perfecta charitas foras mittit timorẽ & timore ſublato appetitus uoluntatis in latitudinẽ & libertatem amoris reſoluit̃, qui ſtante timore ſub anguſtia timoris præmebatur. Hinc eſt ꝙ quanto uoluntas perfectiori charitate informat̃, tanto in ſua facultate maiori libertate donat̃. Vnde fit, ꝙ in æterna beatitudine vbi erit ſũma amoris conſummatio

Gratia libertatẽ nõ deſtruit, ſed perficit.

& ſūmū inter uolūtatē diuinā & hūanā amoris exer-
rcitiū, ibi dominiū hūanæ uolūtatis erit liberrimū.

Nā ut ſupra diximus. Aeternæ beatitudinis præ-
miū, non eſt aliud q̄ ſummi amoris exercitium. No-
ſti autē ꝙ amoris exercitiū ſit amari & amare. Ama
re autē eſt amantē motu amoris in amatum tēdere.
Amari autē eſt amatum motum amoris ab aman-
te recipere. Sed quia in deo eſt oīe bonū per eſſen-
tiam. In creatura autē nullū bonū niſi per participa
tionē. Bonum autem per participationem in nullo
cauſatur, niſi bonum per eſſentiam ſecūdum liberā
influentiam ſuæ benigniſſimæ uolūtatis ſe partici-
pabilē præbeat. Hinc eſt ꝙ in uoluntate creata, nul-
lus poteſt eſſe motus amoris, niſi prius ad amādum
inflammetur per amorem cōditoris. Sicut enim fer
rum uel lignum, nō poteſt habere effectum ignitio
nis, niſi inflammetur ab igne, ſic nec uoluntas crea
ta poteſt exercere actum amoris, niſi inflammet̄ di-
uino amore, Sicut euidenter docet Ioannes Opoſto
lus. In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus
deum, ſed quoniā ipſe prior dilexit nos, & miſit filiū
ſuū ꝓpiciationē ꝓ pc̄tis noſtris. Deus ergo prior di
ligit, dei aūt diligere nō eſt aliud, q̄ ſuā bonitatē cō-
municabilē exhibere. Et ſic ꝑ cōicationē & influen
tiā ſuæ bonitatis creatæ uoluntati ſuū amorē oſten-
dit. Quæ tāti amati amore cognito, cōcito ad reda-
mādū aſſurgit. Nec em̄ aliquo tp̄e pōt nō amare, q̄
eius amore cōtinuo inflāmat̄, quæ ab illa ſui amoris
continuatione decreuit in æternum non ceſſare.
Sicut enim ferrum continue igni inflammatū non
poteſt non ardere, ſic nec uoluntas cōtinue diuino
amore inflāmata, nō pōt nō amare. Quia ergo æter
næ beatitudinis ꝑmiū eſt ſummū amoris exercitiū,

Amoris exercitium.

Cōperatio ferri ad uolūtatē

Cōperatio ferri igniti ad uolūtatē diuino amore inflammatum.

ſummum autem ideo dicitur, quia facultas creatæ uoluntatis ſecundum ultimam eius capacitatē crea tæ uoluntati ſe participabilem & amabilem in æterna uita exhibet. Sic creata uolūtas largitate diuinæ bonitatis repleta,& eius amore inflammata,ad reciprocum amorem aſſurgit. Vnde ſicut in ea continua & ſine fine duratura erit tanta diuinę bonitatis influentia,ſic continua & æterna erit eius creatæ uoluntatis ad deum cum pleno amoris refluentia. Ex quibus colligere potes o anima, ꝙ deum tanta ſuæ bonitatis lagitate amabilem & participabilem ſe exhibere,nihil ſit aliud, q̄ ad beatos ſpiritus per motū diuini amoris tendere,& ſic dicit̄ amare. Beatos uero ſpiritus diuinæ bonitatis participatione repletos, cum gratiarum actione ad deum refluere, quod nō eſt aliud, niſi per motum amoris reciproci in deum tendere,quod eſt deum amare. Et ſic amari & amare inter deum & beatos inceſſabili uiciſſitudine continuatur. &c.

diuini amoris influētia & refluētia ē amari & amare.

De libertate uoluntatis in ſtatu gratiæ dicit Apoſtolus ad Rom. 8. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus abba pater. Ipſe eñ ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſum⁹ filij dei. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem dei,cohæredes autem Chriſti. Duplicem in his uerbis diſtinguit Apoſtolus uoluntatis ſtatum ſiue affectum. Vnū uidelicet timoris ſub lege Moſaica, quē uocat ſpiritū ſeruitutis,eo ꝙ uoluntas timore pœnę euadendæ,& non amore iuſticiæ faciendæ,ſub ipſis operibus legis domino ſeruire ſe offerebat,de quo idem Apoſtolus dicit. An ignoratis fratres ꝙ lex in homine dominatur quanto tempore uiuit. Domi-

autoritas apoſtoli de libertate in ſtatu grę.

nari enim lex non diceret, niſi uoluntas timore pœnæ ſub operibus legis præmeretur. Alterum affectum uoluntatis dicit ſtatum uel affectum amoris, quem uocat ſpiritum adoptionis filiorum dei, hoc eſt, ſpiritū libertatis, ſicut alibi dicit. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas. Et iterum ad om̃es Chriſti fideles: Itaq; fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. State & nolite iterū iugo ſeruitutis ſubijci. Et uos in libertatem uocati eſtis fratres, tantum ne libertatem in occaſionē detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicē. Ex his ſcripturarum teſtimonijs manifeſte colligimus, ꝙ gratia quæ per ſpiritum ſanctum cordibꝰ noſtris infunditur, uoluntatē ab omni ſeruitute peccati liberat, & per ſpiritum amoris ueraciter libertat.

De libertate uoluntatis in ſtatu gloriæ idem dicit Apoſtolus ſcribens ad Rom. 8. Expectatio inquit creaturæ reuelationē filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura ſubiecta eſt nō uolens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe, quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Scimus enim ꝙ omnis creatura ingemiſcit & parturit uſq; adhuc. Non ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis noſtris. Notādum ꝙ in his uerbis Apoſtolus diſpoſitionem humanæ uolūtatis deſignat, tam quo ad ſtatum uitæ præſentis q̃ quo ad ſtatum æternæ gloriæ. Quo ad ſtatum gloriæ, dicit eam a ſeruitute corruptionis liberandā, & in libertatem glorię filiorum dei conſtituendam, atq; ab omni onere corporis redimendam. Quo ad ſtatum præſentis uitę dicit eam uanitati ſubiectam,

De libertate uoluntatis in ſtatu gloriæ.

Diſpoſitio humanæ uoluntatis ī ſtatu huius uitæ & gloriæ.

& pondere corruptionis fore grauatam. Pondus uel ſeruitus corruptionis eſt lex fomitis, quam antea dixerat legem membrorum, per præuaricationem Adæ humanæ naturæ inflictam. Quæ ideo lex membrorum dicitur, quia quàmuis formaliter ſit in uoluntate, eſt tamen originaliter & materialiter in carne, & ſua impetuoſitate mouet membra carnis ad actus corruptionis, etiam præter & contra imperium uoluntatis. Ita ut Apoſtolus dicat. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, vt non quæcunque vultis illa faciatis.

Quō uanitati ſubiecta uolūtas humana.

Huic uanitati naturalis dignitas humanæ uoluntatis ſubiecta eſt non uolens, & hoc in filijs gratiæ, in quibus licet uoluntas ab omni ſeruitute peccati per gratiam liberet̄, tamen caro in ſua miſeria relinquitur, volens uero peccatorū huic uanitati, nōlēs non eſt ſubiecta, ſed uolens, quia ſpontanea & mala libertate idem ſe ſubijcit ſeruituti. Eſt & alia uanitas cui uoluntas ſubiecta eſt non uolens in filijs gratiæ, nō tam quo ad corporis q̄ etiam quæ ad ſpiritus multiplicem afflictionem. Hoc autē eſt naturalis neceſſitas & defectus utriuſque tam corporis q̄ animæ. Hęc igitur uanitas tanta ſeruitute præmit naturalē libertatem humanæ naturæ, vt etiam nec per auxilium excellentis gratiæ a ſe eam poteſt abijcere. Nec mirū, quia tā excellēs donū futuro tēpori reſeruat̄, quādo mortale hoc induet immortalitatem. De quo ad Coloſſ. per Apoſtolū dicit̄. Mortui enim eſtis & uita ueſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo. Cum autem

Quid eſt mortuū eē Chriſto & uitā noſtrā abſconditam.

Chriſtus apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cū ipſo in gloria. Quid eſt aliud mortuū eſſe cū Chriſto, q̄ per gratiam corpus peccati ita deſtructū habere, vt amplius peccatū licet ſit, tamē nō regnet

in noſtro mortali corpore. Quid eſt uitam abſconditam habere cum Chriſto in deo, q̄ uitam uirtutum quæ fit per gratiam ſub uarijs corruptionum & neceſſitatum carnis mutabilitatib⁹ habere occultatã. Quid enim aliud dici poſſunt huius miſeræ uitæ frequentes mutabilitates, q̄ quædam cotidianæ mortis adumbrationes. Quibus uita gratiæ quæ eſt initiũ æternitatis uel diſpoſitio ad æternitatem ita occultatur, vt uix inter filios gratiæ & perditionis aliqua uera cogitatio habeat̃. Sicut per ſapientem dicitur. Sunt iuſti atq; ſapientes, & opera eorũ in manu dei ſunt, & tamen neſcit homo utrũ dignus ſit odio an amore, ſed omnia in futurũ reſeruant̃ incerta. Huic igitur uanitati ſubiecta eſt libertas humanæ uolũtatis, a qua nõ liberabit̃, niſi per adoptionẽ æternæ felicitatis. Vnde ſubdit Apoſtolus. Cum autẽ Chriſt⁹ apparuerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cum ipſis in gloria. In gloria cũ Chriſto apperere, nihil eſt aliud, q̄ depoſita omni miſeriæ & mortis mutabilitate, ꝑpetuo & indefectibili amore deo adhærere. Hic eſt ſtatus humanæ uoluntatis quem habebit in æterna beatitudine. In qua uoluntas ab omni ſeruitute peccati & miſeriæ liberabitur, & in perpetuo diuini amoris exercitio ſumma libertate dilatabitur. Sicut per Eſaiam dicitur: Surge & illuminare Hieruſalem, quia uenit lumẽ tuum & gloria domini ſuper te orta eſt, tũc. & infra. Tũc uidebis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, & unde ex diuerſis dictis ſuis facile innoteſcit, ꝙ præfatus doctor ſeipſum non intellexit.

Nota q̄d ſentiat doctor ſãctus qui ponit ſũmũ actũ aïæ in intellectu.

ANIMA. Fateor mihi ſatiſfactum de hui⁹ dubij enodatione. Sed aliud reſtat de aïæ ſupernaturali ꝑfectione. Quia em̃ conſtat ſummã & ſupnaturalẽ

animæ perfectionem eſſe in ſummi boni fruitione, valde mihi ambiguum uidetur, ꝙ iſte doctor ſummum actum animæ in intellectu eſſe dixerit, quem tu in uoluntate fore demonſtraſti.

Autoris intentio.

SPIRITVS. Tua importuna inſtantia materiã dicendorum ad uaria diſpergit, & a prima noſtra intentione longe nos abducit. Fuit enim intentionis noſtræ de quibuſdã erroribus Chriſtianæ uitæ pauca diſſerere, & ea q̃ dicenda occurrerent ſuccinctim perſtringere. Tu uero in ꝓgreſſu noſtro nos retardans, quorũdam cõtrarias ſententias opponis, & ſingularum diſcuſſionem inquiris. Cum tamen ab exordio proteſtatus ſim multorũ opinionibus me debere cõtradicere, & canonicę ſcripturæ ueritati, quã tum dominus intelligere donauerit me uelle cõformare. Abundent alij in ſenſu ſuo, & per philoſophicas concluſiones ueritatem ad ſuum affectum retorqueant. Nobis non eſt aliud ſtudium, q̃ de tenebris rationum philoſophicarum, nudam & ſimplicẽ ueritatem eruere, & ſimplicibus eam capacẽ uel captabilem exhibere, vt & ipſi dicere poſſint cum ꝓpheta: Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Abundent alij in ſcientia dicẽdorum. Nobis ſit ſumma philoſophia habere ſciẽtiam fiendorum. Non enim doctores, ſed factores legis iuſtificanbuntur.

Contra ſcolaſticos.

De ſũmo actu aĩæ utrũ ĩ itellectu an in uolũtate cõſiſtat.

Tres ſummi act⁹ aĩę beatę.

Qđ autem doceri deſyderas de ſumma animæ ſupernaturali perfectione. An cõſiſtat in actu intellect⁹, vt iſte doctor determinat. An in actu uolũtatis, vt nos iam declarauimus. Scire debes, ꝙ tres ſũt ſummi & ultimi actus animę beatæ. ſ. tenere deum per memoriam, videre & cognoſcere per intellectum, & frui deo per uolũtatem: quorum duo primi. ſ. tenere & uidere, ſubſeruiunt tertio, qui

eſt frui in quo conſummatur tota ipſius animæ bea titudo & felicitas, vt dicit Auguſtinus.1.de trinita te. Plenum gaudium eſt frui trinitate. Sicut enim in rebus tranſitorijs ſumma eſt iocunditas vti vten dis,ſic in reb⁹ æternis ſumma eſt felicitas frui fruen dis. Quia ergo ſumma felicitas animæ conſiſtit in fruitione ſummi boni,fruitio uero eſt actus uolunta tis,ſicut uiſio intuitiua eſt actus intellectus. Planum eſt in actu uoluntatis eſſe ſummam ſupernaturalem animæ perfectionem. Qđ autem fruitio ſit actus uo luntatis, patet per Augu.1. de doctrina Chriſtiana. Frui,inquit,eſt amore inhęrere alicui propter ſe.Itē per eundem.10.de trinitate.Fruimur bonis cogni tis, in quibus uoluntas propter ſe delectata quieſcit. Ex quibus uerbis colligitur,ꝙ duo actus realiter di ſtincti conueniant in fruitione.ſ.dilectio & delecta tio,qui ſunt actus eiuſdem obiecti.ſ. boni ſub ratio ne boni,ſic mutuo ſubordinati,vt unus perficiat al terum, quorum vnus.ſ.delectatio ſemper eſt de bo no præſente. Alter uero,id eſt,dilectio,etiam poteſt eſſe bono abſente. Dilectio uero & delectatio quæ important fruitionē ſunt actus uoluntatis,ergo frui tio eſt actus uoluntatis.

Si uero obijcitur, Fruitio præſupponit cognitio nem,vt patet per Aug.vt ſupra.Fruimur bonis co gnitis in quibus uoluntas per ſe delectata quieſcit,& per illud Euāgeliſtæ.Hęc eſt uita æterna,vt cogno ſcant te uerum deū, & quem miſiſti Ieſum Chriſtū. Ergo fruitio primo eſt in actu intellectus. Sciendū eſt ꝙ duplex eſt cognitio.ſ.viſus & guſtus,vel intel lectionis & fruitionis.Cognitio ītellectionis eſt actus intellectus,& tali cognitione anima beata cognoſcit deum cognitione uel uiſione intuitiua, de qua per

Soluit obiectionem.

Duplex cognitio.

Apoſtolum dicitur. Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

Cognitio fruitionis eſt, qua aīa beata cognoſcit deū per actū amoris & delectationis deo inhærētem, & oīa interiora dilecti penetrātē, & hic eſt actus volū tatis, quo aīa attingit deū tanq̄ obiectū ſe beatificās, & ad intima penetralia ſua ſecū admittēs. Nā uoluntas nō ſolū eſt potētia motiua, ſed etiā apprehenſiua p modū guſtus. Et intellect⁹ apprehēdit ſummū bonum, tanq̄ finē formalē qui eſt actus potētiæ: ſed uoluntas tanq̄ finem obiectiuum, qui eſt actus fruitionis. De qua per Apoſtolum dicitur. Nūc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut & cognitus ſum. Et per Ioannē. Chariſſimi, nūc filij dei ſumus, ſed nōdum apparuit qđ erimus. Cum autem apparuerit, ſimiles ei erimus, quia uidebimus eum ſicuti eſt. Notum eſt animam beatam ſpecialius deo conformari per actum amoris. Quia ſolus eſt amor, ex omnibus animæ motibus & affectib⁹, in quo poteſt creatura, & ſi non ex æqualitate, tamen ex quadam ſimilitudine reſpondere ſuo autori, vel mutuam rependere uicem. Quādo ergo dicit Ioannes Apoſtolus. Cū apparuerit ſimiles ei erimus, quia uidebimus eum ſicuti eſt: non tam intelligi vult intuitiuam cognitionem intellectus, q̄ fruitiuam cognitionem uoluntatis. Ipſa enim eſt, quæ animā beatam per actū amoris perducit ad ſummā cōformitatem & plenā cognitionem creatoris. Sicut hæc ad ſenſum intelligere poſſumus. Videt oculus pulchrum pomū, vtitur guſtus illo pomo. Eſt itaq; ibi in viſu plena cognitio pomi quantū ſpectat ad perfectionē potentiæ viſiuæ, ſed non eſt ibi plena cognitio quantū ad delectationē, quia illa apprehenſio pertinet ad actū po-

Volūtas non ſolū eſt potentia motiua ſed & apprehenſiua p modum guſtus.

Cōpatio ad ſēſum de pomo

tentiæ guſtus. Illius em̄ põtētiæ eſt intrare intima il-
lius pomi p̄ vſum eius,& oẽs diſpoſitiones vel quali
tates eius plenius penetrare. Sic etiam ſaluã vtriuſq̄
potētiæ ſumma p̄fectione. Intellectus beatorũ appre
hendit deũ ſecundũ modũ perfectionis ſuæ cogni-
tione intuitiua. Voluntas uero ſecundũ modũ perfe
ctionis ſuæ cognitione fruitiua. Et ideo q̄uis fruitio
præſupponit cognitionẽ, tamẽ fruitio nõ eſt in co-
gnitione intuitiua quæ eſt actus intellectus, ſed in co
gnitione fruitiua, quæ eſt actus uolũtatis. Vnde pa-
tet, q̄ ſentētia ſaluatoris qua dicit. Hęc eſt uita æter-
na vt cognoſcant te verũ deũ & quẽ miſiſti Ieſum
Chriſtũ, nõ eſt intelligenda principaliter de cogni-
tione intuitiua, ſed de cognitione fruitiua. Ipſa deni
q̄ eſt ſumma & plena cognitio ſummi boni, quãdo
non ſolũ intellectus illuminat̃, ſed & affectus intimo
ſapore eruditur. Quæ vtiq̄ cognitio recto noĩe ſa-
piētia nominat̃. Ex his potes aduertere o anima,
q̄ parũ multis p̄ficiat, magna illuminatio intellect⁹
ad cõformitatẽ diuinæ bonitatis, q̄ etiã parum imo
nihil obeſt quibuſdam ad hanc conformitatem per
tingendi bona ſimplicitas mentis. Ad magnam em̄
cõformitatẽ diuinæ bonitatis perducit animã excel
lens ardor diuini amoris, ſed non ſemper excellens
lumẽ diuinæ cognitionis. Placet deo anima charita
te informatã ſine magna ſciētia, ſed nõ placet ei aĩa
ſciētia illuſtrata ſine charitate. Propter hoc p̄ Ap̄ſm
dicit̃. Sciētia inflat, charitas aũt ædificat. Quęris for
te a me, quã dicere uelim bonã ſimplicitatẽ mentis.
Illã vtiq̄ q̄ de ſciētia huius mũdi parũ attingens, vel
habita nõ utẽs, hoc unũ ueraciter agnoſcit, q̄d Apo
ſtol⁹ Paul⁹ ſe ſolũ ſcire gloriat̃, dicẽs. Et ego f̄res cũ
ueniſſẽ ad uos, nõ ueni ĩ p̄ſũditate ſermonis, neq̄ in

Quõ intelligẽda ſentētia ſaluatoris, hæc ẽ uita æterna.

Illumĩatio intellectus parũ p̄deſt multis.

Quæ ſit bona ſimplicitas mentis.

ſapientia uerbi. Nihil enim me iudicaui ſcire inter vos niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. Qualis eſt illa prærogatiua ſcientiæ ſalutaris, ſcire Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum, vt Apoſtolicæ perfectioni hoc ſingulariter conueniat? Nũquid & peccatores hoc ſciũt, quibus nota eſt euangelica hiſtoria? Vtiq; plures hoc ſciunt cognitione intellectus, quã dicimus ſcientiam, ſed non omnes cognitione affectus, quã uocamus ſapiẽtiam. Sicut per eundẽ Apoſtolum dicitur. Nos prædicamus Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidem ſcandalum, gẽtibus autem ſtulticiã, ipſis autem uocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtũ dei uirtutem & dei ſapientiam. Prædicabat Apoſtolus Chriſtum crucifixum Iudæis atq; Græcis. Non credentes accipiebant tantũ cognitionem intellectus ſecundũ ueritatem affectus, & ob hoc ſtulticiam arbitrabantur ſummam dei ſapientiam, & infirmitatem ſummam dei uirtutem. Credentes uero ſpiritu ſancto edocti, hoc ſenſerunt in ſe quod & in Chriſto Ieſu, quibus data eſt cognitio affectus per ſummã dei ſapientiã. Hæc eſt uera illuminatio mentis, & aqua ſapientiæ ſalutaris, qua potantur filij dei, & non cõmunicat alienus ex ea. Hic eſt inquam uera lux animæ, diuinæ cõformis claritati, diuidens inter filios lucis & tenebrarũ, quæ per ſtudium librorum gentilium philoſophorum non acquiritur, ſed per imitationem humilis Chriſti crucifixi adipiſcitur. Sicut ipſa ueritas dicit. Confiteor tibi pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapiẽtibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis. Ita pater, quoniã ſic fuit placitũ ante te. Hoc eſt igitur ſcire Ieſum Chriſtum & hũc crucifixum, ex intimo cordis affectu ſentire q; ſumma perfectio animæ conſiſtat in totali humanæ uo-

Vera lux animę per ſtudiũ philoſophorũ non acquirit.

Quid eſt ſcire Ieſum.

luntatis ſub diuino bene placito reſignatione. Vt ſicut Chriſtus libera uolũtatis ſuæ falcultate per mortem crucis ſe totum obtulit deo patri, ſic & Chriſti ſeruus ſine aliqua exceptione ſe totũ redigat in obſequium dei. Tali itaq; motu amoris ad eum tendere, eſt ad ſummam diuinæ bonitatis conformitatẽ accedere. Vnde fit ut quorũdam bona ſimplicitas quæ ſe ſub probatis patribus ad manum duci patitur, ad tantam uirtutum perfectionem proficiat, ad quantam docta multorũ induſtria pertingere non valet.

Igitur temperemus calamũ o anima ab his quæ ab inceptis nos abducunt, & ad ea vnde digreſſi ſumus reuertamur, quia ad alia feſtinat intentio. Noſti quæſtionem fuiſſe propoſitam. Vtrum anima propinquius accedat ad conformitatem diuinæ uoluntatis per obligationem religionis, q̃ per libertatẽ ſpiritus. Circa quam diſtinctionem duo diximus eſſe attendenda. Primum, quid ſit ipſa uoluntas creata, diximus uolũtatẽ eſſe facultatẽ libertatis incogibilẽ. Secũdum, quod attendendum diximus, fuit, Qualiter uoluntas creata ſecundũ naturæ ſuæ dignitatem per perfectiones ſupernaturales ad dei conformitatem eleuatur.

Regreſſio ad propoſitã quæſtionem.

Quid ſit uolũtas creata.

Sciendum q; anima rationalis eodem modo reducitur in deum, quo modo exit a deo, ſed per libertatẽ diuinæ uoluntatis exit a deo, ergo per libertatẽ ſuæ uoluntatis debet reduci in deum. Q̃d anima rationalis per libertatem diuinæ uoluntatis exit a deo ſic oſtenditur. Volũtas diuina eſt principium elicitiuũ & productiuum omnium rerum per creationem in eſſe productarum, ſed uoluntas diuina eſt cauſa libera, ergo omne creatum eſt per libertatem in eſſe productum. Sed hic a quibuſdam obijcitur. Scientia dei

Anima rationalis eodem modo ad deũ reuertitẽ quo exit ab eo.

Obiectio.

eſt principalius cauſa rerum creatarum, ergo nõ uoluntas. Dicendũ, ꝙ intellectus diuinus eſt principiũ rerũ repræſentatiuum, ſecũdum ꝙ deus per intellectum cõtinet res in ſua ſcientia & arte æterna repræſentatiue. Sed uoluntas eſt principiũ elicitiuũ & productiuũ rerum creatarum, ſecundũ ꝙ deus cõtinet res elicitiue & productiue per uoluntatẽ. Sed in ordine cauſarũ, illa eſt principalior quæ per ſe eſt domina ſui actus, ergo uolũtas diuina eſt principali⁹ principium productiuũ rerũ creatarũ. Nec ualet ſi obijciatur. Qđ dirigit eſt nobilius directo, ſed intellectus dirigit uolũtatem, ergo &c. Dicẽdum ꝙ dirigere per modũ imperij, ſicut dux dirigit ſuum exercitum, & paterfamilias familiã ſuam, eſt nobilius. Sed dirigere per modũ conſilij, ſicut cõſiliarij regũ dirigũt reges, non eſt nobilius. Et tali modo intellectus dirigit uoluntatẽ, non per modũ imperij, ſed per modũ cõſilij. Ex prædictis colligitur, ꝙ ſicut per libertatem diuinæ uolũtatis anima rationalis exijt a deo ſecundum eſſe ſuũ creatũ, ſic per libertatẽ ſuæ uoluntatis reducit̃ in deũ, & eleuat̃ ad dei cõformitatẽ, ſecundũ ſtatum æternæ gloriæ cõſummatum. ANIMA. Qualiter anima poteſt ad deum reduci per uoluntatis ſuæ libertatem, cũ hoc fieri uideat̃ per præceptorũ neceſſariam obſeruationem & uotorum promiſſorum obligationẽ. De neceſſaria præceptorũ obſeruatione dicit ipſa ueritas. Si uis ad uitã ingredi ſerua mãdata. Et propheta ad deũ. Tu mandaſti, inquit, mãdata tua cuſtodiri nimis. De uotorũ obligatione item dicit propheta. Vouete & reddite dño deo ueſtro. SPIRITVS. Præcepta euangelica quorũ obſeruatio ad ingreſſum regni cœleſtis neceſſario requiritur, non ad humanæ uoluntatis libertatem

obiectio qđ dirigit, eſt nobilius directo.

Præcepta euãgelica nõ onerãt, ſed ſubleuãt uoluntatẽ ſicut alę aues.

onerandam, ſed ad ipſam libertatem dirigendam ordinant. Sicut per prophetã dicit. In quo corrigit adoleſcẽtior uiã ſuã? In cuſtodiẽdo ſermones tuos. Quo deniq; effrenat⁹ amor carnalis cõcupiſcentię q in adoleſcẽtiori ætate exuberat, meli⁹ cõpeſcit, q̃ per iugũ diuini amoris, quo mens humana regulata ad deũ ordinat. Hęc ergo p̃cepta ſua neceſſaria obſeruatione libertatẽ uolũtatis nõ obligãt vel minuunt, ſed ipſam libertatẽ ab omni ſeruitute peccati defendũt. Sũt em̃ hæc p̃cepta lumẽ diuinæ charitatis tenebris humanæ ignorãtiæ cœlitus infuſum, quo diuinæ uolũtatis beneplacitũ, q̃ eſt regula oĩs creatæ uoluntatis manifeſtat, & ad eius cõformitatẽ creata uoluntas dirigit. Sicut per prophetã dicitur. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis. Igitur o anima nõ tam pondus onerans, q̃ ut lumẽ dirigens præcepta debes attendere euangelica.

ANIMA. Qualiter huic ſententiæ aſſertiri debeã non uideo. Nam ipſam ueritatem de hac aliter loqui agnoſco. Dicit enim. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Iugum enim inſtrumentum refrenatiuum dicitur, quo indomita libertas animalium ad nutũ rationis regulatur. Tale vult ſaluator iugum ſuum intelligi, quo mala libertas ſenſualitatis ſecundum ordinem rectæ rationis dirigitur. Sed talis ſub iugo ſaluatoris ſenſualitatis redactio non ſemper fit cum libertate, ſed frequenter cum coactionis neceſſitate. Sicut per Apoſtolũ dicitur. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ. Hæc em̃ ſibi inuicẽ aduerſant. Inter partes em̃ ſibi inuicẽ aduerſantes, vna ad nutum alterius non dirigitur, niſi ab altera per potentiam ſuperetur. Quod autem

obiectio de iugo dñi quõ ſuaue, cũ regnũ cœlorum uim patitur.

ſuperatur inuite compellitur. Qualiter ergo ſub tali iugo domini ad cœleſtia tēdere, poteſt fieri cum uera uoluntatis libertate cum ualde ſint inter ſe diuerſa aliquid libere facere, aliud uero neceſſarie. Maxime cum ſaluator dicat alibi. Regnū cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et item, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis & ego reficiā uos. Ex his enim ipſius ueritatis ſententijs nō aliud accipio, q̄ ꝙ anima magis per neceſſitatem coactionis, q̄ per libertatem uoluntatis ad deum reducatur. Præſertim cum alibi dicat. Compelle intrare ut impleatur domus mea. SPIRITVS. Ponderibus ſuis aguntur uniuerſa, & in locum proprium reducuntur, vt leuia ſurſum, grauia deorſum. Pondus animæ rationalis eſt amor eius, qui eſt prim⁹ & proprius motus uoluntatis, quo uolūtas moueť in quodcunq̧ uolitū. Quicquid autem fit ex amore, fit maxime libere & uoluntarie. Quia ergo anima tendit ad quodcunq̧ bonum per amorem, amor uero eſt motus uoluntatis liberrimus, planum eſt animam tendere ad quodcūq̧ bonum per libertatem uoluntatis, & nō per neceſſitatem. Qđ autem opponis de iugo domini, quod uoluntatem neceſſarie cogit ad hoc bonum faciendum. Scire debes, ꝙ ſicut pōdus animæ rationalis eſt amor eius naturalis quo fertur in quodcunq̧ naturaliter uolitum, ſic iugum domini quod animæ imponit, eſt amor ſupernaturalis quo ſupernaturaliter fertur in ſummū bonum, tanq̄ in obiectum beatificum. Ideo ſicut amor naturalis nō premit libertatem uoluntatis, ſic nec amor ſupernaturalis, ſed magis dilatat & libertat. Quia cū ꝑ amorem ſupernaturalem uoluntas fit potentior ad operandum, quàm antea fuerat per amorē naturalem.

Reſponſio, ꝙ amor ſupernaturalis eſt iugum domini ſuaue & onus leue.

Amor pōdus eſt animæ rationalis.

Potentia autem eius conſiſtit in facultate liberta- tis, patet, quod quanto uoluntas ſit potentior, tanto ſit liberior. Quod uero iugum domini ſit amor ſupernaturalis per hoc oſtenditur. Iugũ domini, ſunt præcepta euangelica. Præcepta euangelica ſunt lex charitatis, ſicut per ſe ueritas dicit. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex omnibus uiribus tuis. Hoc eſt primũ & maximum præceptum. Secundum autem ſimile eſt huic, Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Et Apoſtolus, Finis præcepti eſt charitas de corde puro, conſcientia bona, & fide nõ ficta. Charitas autem eſt amor ſupernaturalis, ergo iugum domini eſt amor ſupernaturalis. Quàmquam igitur multa & uaria mandata per legẽ & prophetas proponũtur, nihil ex omnibus his grauaminis vel difficultatis animæ imponitur, ſed ſolum ſuaue iugum amoris quo ad dei conformitatem ſupernaturalem eleuatur. Sicut per ſe dominus dicit. Cum enim dixiſſet. Tollite iugum meum ſuper uos, ad oſtendendũ quale iugum nobis imponeret, ſtatim ſubiungit. Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Iugũ igitur domini (vt diximus) eſt præceptum charitatis. Quod ideo iugũ dicitur. Quia gemino opere dilectionis, & vnius uinculi colligatione exercet. Duo enim ſunt præcepta charitatis, dei uidelicet amor & proximi, quæ ſicut duo ſunt ex diuerſitate operis, ita in vnũ tẽdunt uinculo colligationis. Deus nanque propter ſe diligitur, proximus uero in deũ uel propter deum. Hoc iugum ſolũmodo ceruicibus Chriſtianorum Chriſtus impoſuit, quia nihil aliud quam amari

Iugum dñi eſt amor ſupernaturalis

Iugũ dñi ſuaue & onus leue eſt charitas

Præceptũ charitatis quare iugũ dicitur.

Cõpatio charitatis ad iugũ.

quærit. Hoc inquam iugũ præcipit tollere, quia aliter recti itineris regulam quæ ducit ad uitã, niſi hoc iugo ſubiugati non ualemus retinere. Sicut enim ſilueſtre animal ſubiugatum ſilueſtres mores deſerit, & nutui paret dirigentis, ſic carnalis homo iugo charitatis ſubiugatus, carnis uitam deſerit, & per cœleſtis uitæ diſciplinam ſub iugo charitatis incedit. Nam quod pennæ auibus, hoc nobis eſt iugum charitatis. Quia ſicut pennæ uidentur pondus inferre corpori, & tamen corpus per ipſas non ſolum non ſupprimitur, ſed ſurſum erigitur. Sic iugum charitatis dum ſenſibus noſtræ carnis imponitur, non ſolum ſenſus non onerat, verum etiam ſpiritum cum ſenſibus ad cœleſtia leuat, vnde fit dum ſenſus carnis ad imperiũ ſpiritus diſciplinæ charitatis ſe ſubiciunt, ſpiritum ad cœleſtia expeditiorem reddunt. Nam nihil ita ſpiritum retardat a cœleſtibus, ſicut effrenata libertas ſenſualitatis. Quãquàm ergo per mille uota ad quamcunq; artitudinem vitæ ſe quis obligauerit, & ſub quacunq; monaſticæ diſciplinæ cuſtodia ſe recluſerit, nihil ad profectum ſuum efficitur, niſi in omnibus huiuſmodi exercitijs per libertatem ſpiritus iugo charitatis dirigatur. Teſtis eſt Apoſtolus qui ait. Si diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Vere hoc iugum ſuaue, & onus leue, quia dum cordis noſtri ceruici perfecte inſederit, in uia dei non ſolum non oneratos & deſolatos efficit, verum etiam alacritate ſpiritus dilatatos & expeditos currere facit. Sicut per prophetam dicitur. Viam mandatorum tuorum cucur-

Margin notes:

Iugũ charitatis cõparat auiũ pennis.

Abſq; charitate nulla uota, nulla prodeſt obligatio.

Iugũ dñi non onerat, ſed dilatat & lætificat.

ri, cum dilataſti cor meum. Aliter enim non poſſunt fieri quàm cum dulcedine, quæ fiunt ex amore. Ipſe namq; amor amariſſimam mortis amaritudinem facit eſſe dulcem. Nam & Iacob dies quos ſub æſtu & caumate ducebat, videbantur eſſe pauci præ amoris magnitudine. Vere charitas iugum ſuaue & onus leue, quod oneratum confortat & reficit, & dulci quodam motu ſupra naturalem facultatem ad deum perducit.

De anima hoc onere onerata in canticis legitur. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluēs innixa ſuper dilectum. Per deſertum præſentis temporis, miſeria intelligitur. Per delicias quibus anima de deſerto aſcendens affluere dicitur, actus charitatis non incongrue accipitur. Illa anima de deſerto aſcendit delicijs affluens, quæ de ſordibus peccatorum excutitur, & per uirtutem charitatis ad deum erigitur. Quæ quanta facilitate in ipſa ſua ad deum eleuatione moueatur, protinus oſtenditur cum infertur. Innixa ſuper dilectum. Solet amans in amatum amoris uirtute tranſferri, & ob hoc in omni actu amoris uirtute amati agitari. Et quia omnis actus amantis eſt actus amoris, & in omni actu amoris uirtute amati ducitur, recte. amans amato inniti perhibetur. Vnde fit, vt illa anima dilecto innixa merito dicatur, quæ per uirtutem charitatis ad deum eleuatur. Neq; enim ſupra ſe aſcendere poſſet, ſi auxilium ſupernaturale quo eleuaretur non haberet. Sed quàm facilis & ſuauis eſt illa aſcenſio, quando aſcendēs in ſuo aſcenſu uirtuti dilecti innititur, & per ipſius dilectionis actum ad dilectū eleuat. Amans igitur anima amādo aſcēdit,

Aīa iugo dñi onerata de deſerto aſcēdit.

amās aīa amādo aſcendit.

Volũtas iugo dñi non ꝑmit͂ ſed eleuatur ſi cut auis pēnis

quo nihil ſuauius uel iucundius exerceri poſſit. Vides o anima, ꝙ uoluntas iugo domini non premit, ſed uera libertate per ipſum iugum ad deum eleuatur. Quod enim pennæ auibus, hoc uoluntati eſt iugum charitatis. Tolle pennas auibus, & a volatu præpredientur. Tolle uoluntati charitatem, & ad ſupernaturales actus inefficax efficietur. Qđ autem ſubinfers de uiolentia quæ carni & ſenſualitati per iugum amoris exhibetur, ex illa coactione libertas uoluntatis non minuitur, quia cum neceſſitate carnis uel etiam naturæ poteſt ſtare libertas uolũtatis.

obiectio de triſticia dñi Ieſu ante paſſionẽ.

ANIMA. Quid ergo dicemus ad uerba Chriſti quæ paſſioni appropinquans dixit. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem. Nonne in ſummo gradu charitatis patri ſuo ſe obtulit, qui ſecundum humanam naturam qua paſſurus erat vnitus erat diuinæ naturæ, ſecundum quam vnum cum patre fuit. Si ergo uera libertas eſt in charitate, quō in ei⁹ anima potuit eſſe triſticia, in qua fuit ſumm⁹ gradus amoris. Nam triſticia ſemper eſt de nolitis, ſicut gaudiũ de uolitis. Nolitio autem ſicut eſt diminutio uoluntarij, ſic & libertatis. SPIRITVS. Duas in Chriſto dicimus uolũtates. Vnam diuinam & aliam humanam ſiue rationalem. Sicut enim in Chriſto tenem⁹ duas naturas & vnā hypoſtaſim, ita in Chriſto tenere debemus duas uoluntates & vnam hypoſtaſim. Cuius ratio ex hoc ſumitur. Vbi plures ſũt naturæ, ibi plures ſunt proprietates conſequentes tales naturas, ſed in Chriſto ſũt natura diuina & humana, ergo in Chriſto ſunt proprietates harum naturarum, quæ ſunt uoluntas diuina & humana. Diuina uoluntas impaſſibilis regnabat in cœlis, quando humana uoluntas ſpontanea libertate ſe ſubdi-

De duplici uolũtate in Chriſto, diuina & humana.

dit triſticiæ in terris. Vbi ſciendum, ꝙ uoluntas humana diſtinguitur in uoluntatem rationalem, naturalem, & in uoluntatem rationalem deliberatiuam, quæ diſtinctio non eſt in diuerſas potentias, ſed in diuerſos modos. Et ſic uoluntatem large ſumendo pro appetitu, in Chriſto fuerunt tres uoluntates. ſ. uoluntas diuina, & uoluntas creata rationalis, & uolũtas creata ſenſitiua, quæ dicitur rationalis per participationem, eo ꝙ nata eſt obedire rationi & dirigi per ratione͂. Conſyderãdo igitur uoluntatem Chriſti naturalem, quæ eſt uoluntas rationalis ſenſitiua, inquantũ reſpicit bonum abſolute ſuæ naturæ conueniens, ſic habuit triſticiam. Quia ſecundum illam uolũtatem Chriſtus noluit paſſione͂, eo ꝙ erat diſcõueniens naturæ ſuæ. Et triſticia ſemper eſt de nolito. Conſyderando uero uoluntatem Chriſti rationalem deliberatiuam, quæ ſequitur iudicium rationis, ſic non habuit triſticiam. Quia ſecundum illam uoluntatem ſemper fuit conformis diuinæ uoluntati. Triſticia igitur quæ fuit in Chriſto nõ minuit libertatem uoluntatis eius, quia non fuit in uoluntate deliberatiua, qua tendit ad ſummum bonum, ſed fuit in uoluntate naturali, qua reſpicit bonum naturæ proportionatum. Sicut a ſimili. Proijciens merces in mare, conſyderando damnum quod inde incurrit, triſtis hoc facit, quia ſimpliciter nõ uult & eſt ei nolitum. Conſyderando uero bonũ periculi euadendi per tale medium, ſine triſticia facit, quia ſic eſt ei uolitum. Sic Chriſtus cõſyderando uoluntate naturali paſſionem ut malũ, naturæ ſuæ diſconueniẽs, ſimpliciter noluit, & ſic triſticiam habuit. Conſyderando uero uoluntate deliberatiua bonum redemptionis per paſſionem futurum, ſic paſſione͂ uoluit,

De duplici uolũtate humana, ſẽſitiua, & deliberatiua.

Triſticia quæ fuit ĩ Chriſto nõ minuit libertatem uoluntatis.

&nullam triſticiam habuit. Patet ergo ex præmiſſis. Q; ſicut anima rationalis per libertatem diuinæ uoluntatis eſt in eſſe producta, & ad ſummam & ſupernaturalẽ perfectionem ſuã quæ conſiſtit in fruitione ſummi boni ordinata, ſic etiam per libertatẽ humanæ uoluntatis quæ cauſatur ex infuſione gratiæ ſit ad ſummã & ſupernaturalem perfectionem ſuam perducenda, vt quomodo anima exijt a deo per creationem, ſic ad eum redeat per conſummatã perfectionem. ANIMA. Quid ergo facit in Eccleſia, non ſolũ ad quoſdam ſpeciales actus Chriſtianę religionis rationalis uoluntatis per uotũ obligatio, ſed etiam ad cõmunem uitam Chriſtianæ religionis, ipſius fidei obligatoria promiſſio: Omnis deniq; baptizandus fidem promittit obſeruare quã ſuſcipit, & ſi ab obſeruantia eius reſilire uoluerit, eccleſia ad hoc eum cõpellit, Dicit enĩ Apoſtolus. Corde credit ad iuſticiã, ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ. Si ergo anima per libertatẽ uolũtatis ad dei cõformitatem ſupernaturalem accedit, quid ad hoc ipſius voluntatis per ꝓmiſſionẽ obligatio proficit. De qua tamẽ Apoſtolus dicit, ꝙ ꝓficiat ad ſalutẽ. Corde, inquit, credit ad iuſticiã, ore aũt confeſſio fit ad ſalutẽ. SPIRITVS. Alia eſt ratio ꝓmiſſionis & ꝓfeſſionis fidei in baptiſmo, q̃ obligatiõis uoti in religioſo. Quia ꝓmiſſio fidei de neceſſitate ſalutis in baptizato requirit, ſicut obſeruãtia mãdatorũ neceſſario exigit. Nã ſicut ipſa ueritas dicit. Si uis ad uitam ĩgredi ſerua mãdata. Sic etiã dicit. Qui me cõfeſſus fuerit corã hoĩbus, cõfitebor & ego eum corã patre meo. Et iterũ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, q uero nõ crediderit, condẽnabit. Q; fidẽ quã ad ſalutẽ dicit neceſſariã, nõ ſolum uelit intelligi

Libertas hũanæ uoluntatis ex infuſione gratiæ.

Obiectio de oblatione per uotũ, & ꝑ promiſſionem in baptiſmo.

Alia ratio ꝓmiſſiõis in baptiſmo, Alia uoti ad religionem.

motum & credulitatem cordis, ſed etiam profeſſionē oris: manifeſtat p Apl̄m ſuū dicētē. Si cōfitearis in ore tuo dn̄m Ieſum, & ī corde tuo credideris, quoniā illū deus ſuſcitauit a mortuis, ſaluus eris. Corde em̄ credit̄ ad iuſticiā, ore aūt cōfeſſio fit ad ſalutē. Sicut ergo p̄ceptorū obſeruatio, ſic & fidei ꝓmiſſio, a baptizato neceſſarie exigit̄. Qđ aūt neceſſarie exigitur ad hoc p gratiā legiſlatoris ſufficiēs facultas ad exequēdū cōfert̄. Vnde fit, vt ſicut libertas uolūtatis nō minuit̄ p legis euāgelicæ obligationē, ſic nec etiā p fidei ꝓmiſſionē. Nihil enim aliud eſt catholicæ fidei promiſſio, q̄ uoluntatis ſub obſeruātia mādatorum libera & ſpontanea oblatio. Dignū em̄ eſt vt ſicut uere baptizat⁹ ſecūdū ſe totū gratia diuina perfuſus, a ſeruitute diaboli eripit̄, & in ſocietatē filiorū dei recipit̄, ſic etiā ad datorē tāti muneris cum gratiarū actione ſe totū erigat, & tanq̄ filius patri ad omnē uolūtatē eius ſecūdū datā legē implendā, ſpōtanea libertate perpetuo ſe offerat. Verū cū lex euāgelica ſit lex amoris, ſicut p Apl̄m dicit̄. Qui diligit proximū, legem impleuit. Lex aūt amoris ſit lex libertatis, ſicut lex timoris lex ſeruitutis. Inde fit, vt q ad obſeruantiam legis euāgelicæ per fidei ꝓmiſſionem ſe obligat, ꝓculdubio ad exercitiū diuini amoris ſe reſignat. Legē em̄ euangelicā obſeruare, nihil eſt aliud, q̄ amoris diuini negocia exercere. Sicut p Apoſtolum dicitur. Vos in libertatē uocati eſtis fratres, tantū ne libertatē in occaſionē detis carnis, ſed per charitatem ſpiritus ſeruite inuicem. Conſtat enim per charitatem ſpiritus fideles inuicem deſeruire, nihil eſſe aliud, quàm amoris diuini negocia exercere. Exercitium uero diuini amoris, libertatem humanæ voluntatis non minuit, ſed perficit,

Sicut p̄ceptorū obſeruatio ſic fidei ꝓmiſſio ī baptiſmo exigitur.

Lex euangelica eſt lex amoris et libertatis

Lex euāgelica eſt exercitium amoris.

quia maxime cenſetur liberum quod fit ex amore. Patet ergo ꝙ fidei in baptiſmo promiſſio, eſt baptizati cũ Eccleſia ſpiritualis ſocietatis & amicitiæ certificatio. Sicut enim amor amantis nunq̃ amato niſi per aliquod ſignum uiſibile innoteſceret, ſic in illis qui per baptiſmum ſanctificantur amor gratiæ fortiſſimus, quo uiget in eis & uiuit ſpiritualis ſocietas & amicitia, quæ eſt toti⁹ ſpiritualis ædificij cemẽtum & ligatura fortiſſima, omnino periret, niſi ſibi per aliquod ſignum uiſibile de mutua amicitia conſtaret. Signum autem huius amicitiæ inuiolabilis, nihil melius eſſe potuit, q̃ fidei ſeruandæ promiſſio irreuocabilis. Præterea etiã alia adhuc eſt ratio, quare promiſſio fidei fiat in baptiſmo. Notum eſt enim ſacramenta Eccleſiæ præter ſpirituale gratiam quã digne recipientibus conferunt, ſunt etiã ſigna quædam diſtinctiua per quæ non ſolũ in iudicio dei occulto, ſed etiam in iudicio Eccleſiæ manifeſto, fideles ab infidelibus diſtinguunt. Sicut dicit Aug. contra Fauſtum. Omnis deuota religio habuit ſemper aliqua ſigna extrinſeca ad colendum deum. In religione autem Chriſtiana, hæc ſigna diſtinctiua ſunt ſacramenta. Propter quod, Sacramentum dicit inuiſibilis gratię uiſibile ſignum, vel uiſibilis forma. Vbi duo ponunt. ſ. viſibile ſignũ inuiſibilis gratiæ ſignificatiuũ, & inuiſibilis gratia per viſibile ſignũ ſignificata. Vnde ſicut hæc duo ſunt in ſacramentis, ſic etiam duo requiruntur in digne ea recipientibus. ſ. interior diſpoſitio mentis ad inuiſibilem gratiam recipiendam, & exterior oris confeſſio, vel exterior uoluntatis oblatio per confeſſionem ad ſignũ uiſibile recipiendũ. Nemo enim ad ſacramenta Eccleſiæ admittitur, niſi uerbis uel ſignis uiſibilibus ſe

Amor per ſignũ uiſibile innoteſcit.

Promiſſio ſeruandę fidei ſignũ amicitiæ inuiolabilis.

Secũdũ Aug. ſacramẽta ſũt ſigna diſtinctiua.

Sacramẽtum quid ſit.

Duo in ſacramẽto, & duo in recipiẽte ſacramenta requiruntur.

hæc deſyderare fateatur. Neq; alicui iugũ Chriſtianæ religionis imponit, niſi ſpõtanee ſe ad hoc offerre reperitur. Et quia baptiſmus eſt primus ſacramẽtorum, per quod baptizatus a familia diaboli ſecernitur, & familiæ Chriſti quæ eſt eccleſia ſociatur. Ideo in huius ſacramẽti receptione, maior q̃ in alijs requiritur certificatio uoluntatis, in recipiente. De inimico enim amicũ, & de hoſte familiarem efficere, cum magna cautione & prouidẽtia fieri eſt neceſſe. Quare merito eccleſia ab illo promiſſionẽ fidei ſuſcipit, quem in familiarem & fidelem aſſumit. Qua enim ratione illi quem ſemper hoſtem & infidelẽ habuit confidere poſſet, niſi aliquod ſignum fidelitatis per ſignum uiſibile de eo haberet, cum conceptus mentis non niſi per ſignum uiſibile homine innoteſcat. Sicut ergo eccleſia per collationem baptiſmi tribuit baptizato ſignũ ſuæ ſocietatis, per quod ab infidelium conſortio eum diſtinguit, ſic neceſſe eſt, ꝙ baptizatus per promiſſionem fidei tribuat eccleſiæ ſignum ſuæ fidelitatis, per quod ſe conſortium infidelium abominari, & fidelium ſocietatem diligere innoteſcit. Huiuſmodi igitur rationes declarant, ꝙ alia eſt ratio promiſſionis fidei in baptizato, q̃ ratio obligationis uoti in religioſo. ANIMA. Quid ergo perfectionis cõfert obligatio uoti religioſo, cũ ſi obligatio uoluntatis ad bonum aliquid perfectionis cõferre poſſet, ſufficere uideretur obligatio promiſſionis facta in baptiſmo. SPIRITVS. Non uideo ꝙ ſicut promiſſio fidei aliquid perfectionis cõfert baptizato, quia facit eum de filio diaboli filium dei. Iuxta illud. Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credũt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus neq; ex uolũ

Quare ꝓmiſſio fidei a baptizando exigitur.

Quid pfectionis confert obligatio uoti.

Reſponſio.

tate carnis, neq; ex uolũtate uiri, ſed ex deo nati ſũt. Sicut inquã promiſſio fidei aliquid perfectionis confert baptizato, ſic φ obligatio uoti aliquid perfectionis conferat religioſo, nõ uideo. Si enim aliquid perfectionis conferret, tunc maiorem conformitatẽ humanæ uolũtatis cum diuina facere oporteret. Quia in ea tota ſupernaturalis perfectio animæ conſiſtit. Ideo quanto humana uoluntas diuinæ uoluntati ſit conformior, tãto eſt anima deo propinquior & perfectior, ſed φ obligatio uoti hoc nõ faciat, ſuperi⁹ declarauimus. Nihil enim boni ſupernaturalis poteſt eſſe in uoluntate humana, niſi cauſetur in ea a uolũtate diuina. Diuina uero uoluntas non cauſat firmitatem boni in uoluntate uiatoris, ſed ſolum in uolũtate comprehenſoris, propter totius capacitatis eius completionem, & omnis tẽtionis eius quietationẽ. Ideo firmitas obligationis ad bonum quę fit per uotum, nihil perfectionis confert uoluntati uouentis, quo ad maiorem conformitatem diuinæ uoluntatis, ſed ſolum confert maiorem certificationem quo ad iudicium eccleſiæ. Circa quod attẽdere debes o anima, φ duo ſunt in uoto conſyderanda. ſ. uolũtatis ad bonum oblatio, & obligatio. Oblatio uoluntatis ad bonum eſt, quãdo uoluntas gratia informata offert ſe per libertatem electionis ad actus uirtutũ ſupernaturales faciendos, ſicut ad hoc per gratiam mouetur. Et ſic oblatio uoluntatis non eſt aliud, φ̃ uolitio ipſius, ad ſequendum motum gratiæ cũ perpetua intentione ſic ſemper faciendi. Quia ſicut gratia cauſat in uoluntate motum amoris ad æternum bonum, ſic etiam cauſat perpetuitatem intentionis ad hoc bonum. Talis oblatio uoluntatis ſemper præſupponit motum & informationem gratiæ, quia

Perfectio ſupnaturalis ĩ cõformitate diuinæ uoluntatis.

Obligatio aliquid facit ad iudiciũ ecclẽſię.

duo ĩ uoto cõſyderãda, oblatio & obligatio.

Oblatio uolũtatis.

uoluntas nunq̄ poſſet ſe offerre ad exeundum limites naturæ, & ad faciendum aliquid ſupernaturale per naturalem facultatem, niſi aliquo auxilio ſupernaturali adiuuaretur. Et ideo talis oblatio uoluntatis ad bonum ſupernaturale, ſicut non poteſt eſſe in aliqua uoluntate gratia non informata, ſic neceſſe eſt eā eſſe in omni uoluntate gratia informata. Inde fit, ꝙ talis oblatio nō eſt ſpecialiter in uolūtate uouētis, ſed generaliter in omni uoluntate uere uirtuoſa.

Obligatio uoluntatis eſt, quando uoluntas per electionem libertatis obligat ſe per promiſſionem uel uotum, ad hoc uel illud faciendum. Talis obligatio nō præſupponit gratiæ motum uel informationē, ſed ſolum uoluntatis libertatem & rationis diſcretionem. Quia talis obligatio poteſt fieri tam a peccatore q̄ a uirtuoſo, ſicut patet de illis, qui ſymoniace religiones ingredientes profeſſionē faciunt, quos eccleſia tenet obligatos, & compellit ad uoti obſeruationē, ſicut & ficte baptizatos compellit ad Chriſtianæ fidei quam promiſerūt obſeruationem. Et ideo talis obligatio nihil perfectionis ponit in uoluntate obligati, quia ſolū facit ad forum eccleſiæ, quæ non iudicat niſi de manifeſtis. ANIMA. Si uoluntas diuina nullam firmitatem boni cauſat in uoluntate uiatoris, ſed ſolum in uoluntate cōprehenſoris, Quid ergo facit ī uolūtate uiatoris. SPIRITVS. Diuina uoluntas non cauſat in uoluntate uiatoris firmitatem, ſed facultatem ſupernaturalem ad faciendos actus ſupernaturales, quibus tēditur in ſummum bonum: per cuius fruitionem uoluntas firmatur firmitate acquiſitæ perfectionis, quę poteſt ſtare cum libertate uoluntatis, ſed non firmitate neceſſariæ coactionis. Nam diuina uoluntas tria facit in

Obligatio uolūtatis nō præſupponit gratiam.

Opus diuinæ uolūtatis ī uolūtate hūana.

Gr̄a tria facit in uoluntate uiatoris.

uoluntate uiatoris per gratiæ infuſionem.ſ.Calorē charitatis, Vigorem libertatis, & Potentiam ſupernaturalis facultatis. Per calorem charitatis mouet & inclinat uoluntatē ad amorem ſupernaturalem. Per uigorem libertatis liberat uolūtatis electionem. Per potentiam ſupernaturalis facultatis facit uoluntatē ualidam ad faciendos actus uirtutum ſupernaturales. Sicut autem hæc tria quodam naturali modo in uoluntate humana, quibus actus ſuos naturales quadam naturali libertatis facultate ſolet efficere. Quando ergo diuina uoluntas per gratiæ infuſionem aliquid in uoluntate uiatoris efficit, nihil aliud facit, quam quod hæc tria prædicta, naturali quodam modo in uoluntate exiſtentia, per infuſam ſupernaturalem formam gratiæ, in quēdam ſupernaturalē ſtatū eleuat, & in quadā cōformitate ſupernaturalis boni ipſam uoluntatem diſponit. Quam quidem ſupernaturalem conformitatem per augmentationem ſuæ gratiæ cotidie dilatat & adauget, donec ipſam uoluntatem ad ſummā ſupernaturalis conformitatem perducat, & in gaudium domini ſui, hoc eſt, in ipſius boni fruitionem introducat, quod cum factum fuerit tunc uoluntas in bono firmatur. Quia tunc tota capacitas potentiæ eius per continuam āctualem comprehēſionem ipſius ſummi boni completur, & ideo omnis eius tentio quietatur. Concluditur ergo, quod uoluntas uiatoris in bono non firmatur, ſed per augmentationem facultatis quæ uigore gratiæ in ea cauſatur, cotidie magis ac magis ad firmitatē diſponitur. Et ideo obligatio uoti non firmat uoluntatē uouentis in bono, ſed obligat ad bonum. Obligatio uero nihil boni ſupernaturalis cauſat in uoluntate, ſed ſola uoluntatis oblatio, quæ ſemper eſt in omni

Voluntas per gratiæ infuſionē in ſupernaturalem ſtatū eleuatur.

Voluntas uiatoris non firmatur in bono, ſecūdū uigorem gratiæ ad firmitatem diſponitur.

Obligatio nihil ueri boni

voluntate gratia informata. Vnde ſiue actus uirtutis fiat ex uoto, vel ſine uoto, dũmodo fiat ex æquali motu gratiæ, eandem conformitatem diuinæ uoluntatis cauſat in humana uoluntate. ANIMA. Quare ergo eccleſia uotum fieri ordinauit & cum tanta ſolemnitate fieri decreuit, ſi nihil boni ſupernaturalis in uoluntate uouentis efficit. Fruſtra enim uidetur illius rei ordinatio, vbi nullus ſequitur ordinationis profectus. SPIRITVS. Eccleſia mater eſt fidelium. In matribus autem plus ſolet abundare affectus, q̃ uigere intellectus. Et ideo in qbuſdã actibus eccleſiæ magis attendendus eſt affectus pietatis q̃ lumen diſcretionis. Vnde fit, vt q̃uis eccleſia militans aliquando erret in effectu, eo ꝙ eccleſia militans fallit & fallit̃, non tamen errat in affectu. Quia quicquid circa eccleſiæ filios ordinat ad perfectum eorum, proculdubio materno affectu diſponere laborat. Et ideo q̃uis uotum non firmat uoluntatem in bonum per obligationem, nec ſit idoneum ad tã excellens bonum, poteſt tamen eſſe occaſio alicuius boni. Sicut enim multa prohibent̃, non quia mala, ſed propter malũ quod ex eis poſſit euenire, ſic etiã multa ordinantur, nõ quia de ſe ſunt ſimpliciter bona, ſed multis poſſunt eſſe melioris boni occaſio. Silentium enim religioſorum non eſt de ſe ſimpliciter bonum, nec etiam melius bonum, quia meli⁹ eſt ſimpliciter ꝓ loco & tempore bene & vtiliter loqui, q̃ eodem tempore ſilere. Nam bene & utiliter loqui tam loquenti q̃ audientibus proficit: ſilere uero ſolũ modo ſilenti deſeruit. Et tamen ſilentium religioſis per canones ſollicite ordinatur, quia poteſt eſſe multorum bonorum occaſio. Sic etiam uotum religionis ab eccleſia ordinatur, non quia eſt magnum

cõfert uoluntati.

Obiectio quare ergo eccleſia uota ordinauerit.

Reſponſio.

de pio affectu matris.

Quõ votũ poteſt eſſe occaſio alicuius boni.

Silentium religioſorũ nõ eſt ſimpliciter bonum.

Quibus uotũ poteſt eſſe bo ni occaſio.

Compelle in- trare.

Vota propter íſirmitates ho minũ íſtituta.

Quales eccle- ſia ad uota ad mittit.

bonum ſe,ſed quia multis infirmis & negligentibus poteſt eſſe melioris boni occaſio. Sicut illi de q̃bus p̃ ſaluatorẽ dicit̃. Cõpelle ĩtrare vt ĩpleat̃ dom⁹ mea. Notũ eſt,ꝙ cõpulſio uolũtatis inquãtũ dicit coactio- nis neceſſitatẽ nullũ ſit bonũ,quia ad uerũ bonũ ne- ceſſarie requirit̃,vt ſit uolũtariũ. Et tamẽ p̃ ſaluato- rem fieri iubet̃ vt domus eius impleatur. Nõ vt do- mus eius per neceſſitatem coactionis inuoluntarie bonis repleatur, ſed vt ex ipſa neceſſitate bonũ uo- luntarium proueniat. Solet enim interdum uolun- tas male libera & in libertatem carnis reſoluta,per vrgentem neceſſitatem ab operibus carnis refrena ri,& talia amplius faciendi occaſione ſubtracta om- nino impediri. Quę neceſſitas q̃uis per ſe nõ habeat facultatem libertatem uoluntatis compellendi vel immutandi, tamen occaſione malæ libertatis ſub- tracta, confert uoluntati cauſam per accidens ad ſe redeundi. Sicut de filio prodigo legitur,ꝙ portione hæreditatis ſuæ in mala libertate carnis cõſumpta, poſtq̃ egere & fame compellente ſiliquas porcorum cœpit manducare,in ſe reuertitur, & cum plena uo- luntatis oblatione ad patrẽ rediens,in primã dignita tem a patre recipitur. Sicut ergo diuina bonitas uo- luntatem male liberam aduerſitate occurrente non premit uel cogit vt neceſſitetur, ſed vt ex ipſa pre- mente neceſſitate bonum eius uoluntarium eliciat, ſic & eccleſia religioſis obligationem uoti principa liter nõ intendit imponere ut obligentur, ſed vt ex ipſa obligatione bonum eorum uoluntarium,quod eſt uolũtatis eorũ ad bonũ oblatio eliciat. Nunq̃ eñ eccleſia aliquẽ ad obligationẽ uoti reciperet, niſi ex uoto uel cũ uoto oblationẽ uolũtatis fieri p̃ſumeret. In eo autẽ ꝙ obligationẽ uoti nihil boni ſupernatu-

ralis in uolūtate uouentis efficere dicimus,non eccle ſiæ ordinationi derogare, ſed quorūdam errorem & ſuperſtitioſam elationē elidere intendimus. Quia enim alia infirmis, alia uero ſanis proficiunt, & alia debilibus,alia ualidis deſeruiūt. Ideo eccleſia mater, ſingulorū in ſe neceſſitates tranſformans, omnibus prouidet fomenta pietatis. Robuſtis quidē quo ma gis proficiant,debilibus uero quo a ſua debilitate cō ualeſcant. Votū igitur religionis propter infirmos & inſtabiles eccleſia ordinauit, qui ad perfectā legis euangelicæ obſeruantiam ſub cōmuni inſtitutione Chriſtianæ religionis aliter induci non poterant,vt per exteriorem obligationē ſub iugo euangelicę li bertatis uiuere aſſueſcerēt, qui abſq; obligatione ad hoc nō poterāt edomari. Cū igit̄ hæc ita ſe habeāt, valde eſt a ueritate alienū,ꝙ qdā religioſoꝝ ad tam ſupſtitioſam elationē religiones extollūt,ꝙ in ſuam cōtumeliā ſtatus eas pfectionis dicere nō erubeſcāt.

Religiones factitiæ propter īfirmitates hominū ſunt inſtitutæ.

Cōtra arrogātiā eorū q religiones ſtatus pfectionis dicunt.

Cuius qdē rei ueritatē meli⁹ intelligere nō poſſu mus,q̄ p facta et dicta ſaluatoris,qbus decipi nō uale mus. Dicit em̄ ſermo euāgelicus, de cœna æternæ beatitudinis ꝑparata,& de multoꝝ ad hāc cœnā uo catione facta. Vbi nō ſolū uocatorū multitudinē & uenietiū paucitatē,ſed etiā uocatiōis ordinē et modū attēdere debem⁹. Primo dicit,ꝙ multi uocati ſūt,ſed uenire neglexerūt. Nā ali⁹ abijt in uillā ſuā, ali⁹ uero ad negociationē ſuā. Per quos iudaicū ppl̄m intelli gim⁹,q terrenoꝝ ꝓmiſſiōe accepta,ita terrenis erat dedit⁹, vt affectū ſuū ab his nec erigere,nec ad æter na bona uoluit aſpirare. Deinde miſit ſeruū ſuū di cēs: Exi cito ī plateas & uicos ciuitatis,et pauperes ac debiles,cæcos & claudos introduc huc. Et ait ſeru⁹, Dn̄e factū eſt vt imperaſti,& adhuc locus eſt. Et ait

Religiōes nullū habēt fundamentū,q̄ illud euāgelicū Compelle intrare.

dominus ſeruo ſuo. Exi in uias & ſepes & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Hæc magna cœna fruitionem æternæ beatitudinis deſignat: multitudo uocatorum ad illam cœnam & ueniẽtium, eccleſiam catholicam ſignificat, in qua per vnitatem fidei a ſeruis ſummi patriſfamilias congregantur, qui ad cœnam æternæ beatitudinis ordinãtur. Sed in ſic congregatis diuerſus modus congregandi exprimitur. Nam alij quidẽ uocantur & ueniunt. Alij uero compelluntur & ueniunt. Qui uocantur & ueniunt, ſunt Apoſtoli & ſancti primitiuæ eccleſiæ ac eorum ſequaces, qui ſpiritu ſancto præuenti per libertatẽ ſpiritus ſub iugo Chriſtianæ religionis domino ſeruire elegerunt, & ad omnem Chriſtianę religionis obſeruantiam ſpontanea libertate ſe obtulerunt. Qui merito pauperes ac debiles, cæci & claudi appellantur, quia quanto minus de huius uitæ bonis habuerunt, tanto ad æterna bona tẽdendi aptiores extiterunt. De quibus recte per Apoſtolum dicitur. Videte, inquit, uocationem ueſtrã fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit deus, vt confundat ſapiẽtes, & infirma mũdi elegit deus, vt cõfundat fortia, & ignobilia & cõtemptibilia elegit deus, & ea quæ nõ ſunt, vt ea quę ſunt deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. De iſtorum numero ſunt omnes, qui diuina gratia informati ad perfectionem Chriſtianæ religionis ſpontanea libertate ſe offerũt, & ſuam uoluntatem in omibus diuinæ uoluntati conformare diſponunt. Quibus per Apoſtolum dicitur. Fratres nõ ſumus ancillæ filij ſed liberæ, qua libertate Chriſtus nos liberauit. State & nolite iterum iugo ſerui.

Vocati ad cœnã aut ueniũt aut cõpellunt.

Iſti ad cœnam uocati i libertate ſpõtanea ſe offerunt.

tutis contineri. Nam in Chriſto Ieſu, necꝙ circunciſio aliquid ualet, necꝙ præputium, ſed fides quæ per charitatem operatur. Ipſi enim actus fidei charitate informati ſoli ſunt, qui humanam uoluntatem ad ſupernaturalem conformitatem diuinæ uoluntatis perducunt. Quia nihil ſupernaturalis perfectionis facit in anima actus uirtutis quantūcunꝙ arduus & difficilis, ſi non procedit ex motu charitatis. Sola deniꝙ fides formata animam ſupra ſe eleuat, & ad ſupernaturalem ꝑfectionem diſponit. Sicut per eundem Apoſtolū dicitur. Si tradidero corpus meū ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodeſt. Et ideo ſola libertas ſpiritus operans per actus charitatis ad omnem perfectionem euangelicam ſufficit, & ad ſummam conformitatem diuinæ uoluntatis perducit. Qui uero compellunt & ueniunt, ſunt uagi & inconſtantes, qui bonā quidem ad Chriſtianæ religionis obſeruantiam habēt uoluntatem, ſed crebra affectuum ſuorum inconſtātia agitati per uaria deſyderia ſpargunt. Et niſi affectus eorum uagus & incōſtans aliqua neceſſitate cōpellente refrenetur, nec in bono quod habent perſeuerare, nec in vlteriori bono poterunt proficere. Talibus uotum religionis vtiliter imponitur, quia ſine compellente neceſſitate ab illicitis non refrenantur. Quibus recte ꝑ prophetam dominus dicit, Oſeæ. 2. Sepiam uiam tuam ſpinis. &c.

Sola fides animam ſupra ſe eleuat ad ſupnaturalem ꝑfectionem.

Ad cœnā cōpellūtur uagi & inſtabiles, ꝑ uotā & obligationes.

Quibꝰ uotū religionis utiliter imponať.

In vna igitur congregatione Catholicæ Eccleſiæ quoſdam eſſe qui uocati ad cœnam æternæ beatitudinis ſua ſponte ueniant, quoſdam uero qui vt ueniant compelluntur, nihil aliud eſſe uidetur, q̄ ꝙ quidam motum gratiæ ſequentes per libertatē ſpiritus ſecundum euāgelicam perfectionem ad æternā

beatitudinem tẽdunt, quidam uero obligatione cõpellente & cauſam per accidens conferente ad eam perueniunt. ANIMA. Superius dictum eſt, obligationem uoti nihil perfectionis conferre uolũtati uouentis, ad ſupernaturalem conformitatem diuinæ uoluntatis, ſed ſolummodo conferre maiorem certificationem quantum ad iudicium eccleſiæ, ſed illud multorum doctorum dictis uidetur contraire. Dicunt enim, ꝙ opus bonum factum ex uoto circũſtantiam accipit, quæ meliorat, quod non poſſet, niſi maiorem cõformitatem humanæ uoluntatis cũ diuina cauſaret. SPIRITVS. Vel accipi uolũt illam obligationem pro perpetua uoluntatis ad bonum oblatione, vel pro neceſſaria ad hoc bonũ uoluntatis ligatione. Si dicunt accipi pro perpetua uoluntatis ad bonum oblatione, ſic uerum eſt, ꝙ meliorat actum bonum. Sed illa melioratio non accipitur ex actu uoti, ſed ex actu charitatis uolũtatem ad perpetuam electionem tanti boni informantis. Nã q̃uis charitas & uoluntas dicantur duæ cauſæ integrantes unam cauſam totalem reſpectu actus ſupernaturalis, tamen charitas eſt multo principalior. Tũ quia charitas uoluntatem ad actum ſupernaturalem inclinat, tum quia uoluntatem ordinat & determinat ad ipſum actũ, tum etiam quia ſine charitate uoluntas ſimpliciter non poteſt, & cum charitate ſimpliciter poteſt actũ ſupernaturalẽ producere. Sicut enim ferrũ ignem inflammatũ, ſic uoluntas charitate informata. Sed ſicut ferrũ in quo tãq̃ in ſubiecto ignis receptus cõſeruatur, igni coagit, & igneas actiones cum igne efficit, non ut ferrum, ſed ut ferrũ ignitũ, & ideo ſine igne ſimpliciter non poſſet, quod cum igne ſimpliciter præualet, Sic etiam uoluntas chari

Cõtra eos qui dicũt opus factum ex uoto eſſe melius q̃ ſine uoto.

Vnde Chriſtꝰ Opa q̃ ego facio, & ipſe faciet.

Cõpatio igniti ferri ad uolũtatẽ charitate inflãmata.

tate informata coagit charitati, tanq̃ cauſa libera, & per ipſam charitatem non coacta, ſed in maiorem libertatem & facultatem reſoluta. Tamē non facit illos actus ſupernaturales vt uoluntas, ſed vt uolūtas charitate informata, ſine qua ſimpliciter nō poſſet. Quia ergo principalis cauſa actus ſupernaturalis eſt charitas, licet concurrat uoluntatis facultas, non naturalis naturæ indita, ſed ſupernaturalis per gratiæ infuſionem naturæ ſuperaddita, planum eſt meliorationem boni actus principaliter debere attendi ex actu charitatis, & non ex actu uoti. Nam principalitas affectus debet attēdi ex principalitate cauſæ, ſed principalis cauſa eſt charitas, ergo effectus boni debet principaliter attendi ex charitate. Verū quia ſicut ſupra diximus, ꝙ talis perpetua uoluntatis oblatio ad bonum ſemper motum & informationem gratiæ præſupponit, eo ꝙ ſine gratia uel charitate informante uoluntas ad actum ſupernaturalem nō peruenit, ſic etiā in omni uolūtate gratia informata actus euāgelicę pfectionis de ipſa charitatis informatione, ſine uoto elicit, & ppetua uolūtate ſecūdū euāgelicā pfectionē per libertatē ſpiritus domino ſeruire diſponit. Quia ſicut ſola charitas uoluntatē ad ſupernaturalē amorē ſummi boni accendit, ſic etiā ſola charitas in omni uoluntate ad ſupernaturalē amorem ſummi boni inflammata perpetuam uoluntatis oblationem ad hoc bonum efficit. Et quia eadem eſt charitas in uia, quæ erit in patria, cum nunq̃ excidat, & charitas in patria non ſolum uoluntatem comprehenſoris ad ſummum amorem æterni boni erigit, ſed etiam ad perpetuitatem illius ſummi actus amoris modo cōprehenſionis diſponit, ſic etiam charitas in uia uoluntatem uiatoris nō ſolum

Nota. De coopatione uolūtatis ī opere bono.

Melioratio boni actus ſolū ex charitate æſtimanda.

Oblatio uolūtatis ſemp mo tū gratię pſupponit, & ſine uoto actus pfectionis.

Sola charitas bonū in uolūtate efficit.

Eadē eſt charitas in uia, quę erit in patria.

ad ſupernaturalem amorem ſummi boni inflãmat, ſed etiam ad huiuſmodi actus amoris modo uiationis perpetuat. Amor enim æterni boni non poteſt eſſe niſi æternus. Cum enim natura amoris ſit a ſe exire & in amatũ intrare, ac intrans in amatũ, amati formam induere. Ideo amans ſit illius conditionis, quale eſt id quod amat, ſed deus eſt ſummũ & æternum bonum quod anima per charitatem amat, & ideo talis amor animæ ſuo modo ætern⁹ exiſtit. Relinquitur ergo, ꝙ ille qui ex motu charitatis ſine uoto per libertatem ſpiritus ſecundum euangelicã perfectionem uiuere propoſuit, tam perpetuam uoluntatis ſuæ oblationem ad bonum habet, quo ad iudicium diuinum, quantã ille qui ex ſimili motu charitatis per uotum ad hoc ſe obligauit. Nam actus uoluntatis nunq̃ poteſt eſſe ſupernaturalis, niſi ſit perpetua intẽtione in deum relatus. Cum enim eadem ſit ratio, receſſus ab vno oppoſitorum & acceſſus ad alterum oppoſitorum. Hinc eſt, ꝙ ſicut in uoluntate a peccato recedente requiritur perpetua mali nolitio & deteſtatio, ſic etiam in uoluntate ad bonũ ſupernaturale per motum gratiæ accedente, requirit̃ perpetua ipſius boni uolitio & electio. Perpetua aũt ipſius boni uolitio & electio, nihil eſt aliud, q̃ perpetua uoluntatis ad illius boni electionem & cõformitatem oblatio. Et ſic patet, ꝙ ſi circũſtantiam quam uotum confert actui bono, intelligi uolũt perpetuã uoluntatis ad bonum oblationem, ſic verum eſt. Sed illa circũſtantia nõ eſt ſpecialiter in uoto, vel in uoluntate uouentis, ſed eſt generaliter in omni actu uirtutis ex motu gratiæ procedente, licet magis & minus, ſecundum maiorem vel minorem gradum charitatis uoluntatem informantis, nec maior eſt in

Amor æterni boni eſt æternus, & cuiuſmodi ſit.

Homo Chriſtian⁹ ſine uoto tã perpetue ſe ad bonum offert q̃ uotarius.

Quando non uouẽs nõ differt a uouẽte.

Actus non eſt ſupnaturalis niſi perpetue ad deũ relatus

Qđ uotũ non facit opus melius, ſed uolũtatis oblatio, quæ eſt in omni ope bono, magis et min⁹

uouente ꝙ in non uouente. Si autem ipſam circũ ſtantiam meliorantem uolunt intelligi neceſſariam uoluntatis ad bonũ obligationẽ, ſicut intelligi uelle uidentur dicentes: ꝙ perfectio religionis attenditur ex obligatione, qua obligatione dicunt uoluntatem uouentis firmari in bono, quod ſupra cõfutauimus. Cum neceſſitas coactionis, qualis eſt ſecundum eos neceſſitas obligationis per uotum, bonum uoluntatis non meliorat, ſed deſtruit & annihilat. vt ſupra.

Votũ op⁹ uolũtatis nõ meliorat, ſed deſtruit potius.

ANIMA. Si neceſſitas coactionis quę fit per obligationem uoti ad bonum, non poteſt ſtare cum libertate uoluntatis, ergo ipſa neceſſitas uel obligatio eſt mala. Si mala eſt, ergo peccant qui ſe obligãt, cũ obligatio ſit bono uoluntatis contraria. Rurſum ſi mala eſt, ergo eſt ab eccleſia male inſtituta, qđ quis dicere præſumeret. Cum Aug. dicat. Felix illa neceſſitas, quæ ad meliora cõpellat. SPIRITVS. De ordinatione eccleſiæ qđ ſubinfers primo reſpondeo. Q; aliter loquendum eſt de poſitiua ordinatione eccleſię circa Chriſtianos, & aliter de diuina ordinatione quantum ad uitam euangelicam. Nam diuina ordinatio & conſtitutio eſt ſufficientiſſima ad ſummam & perfectiſſimam legis euangelicæ obſeruationẽ, & non indiget noua inſtitutione uel ordinatione. Et ideo poſitiuæ conſtitutiones eccleſię, ordinationi diuinæ ſuperadditæ, non ſunt niſi quædam exteriores honeſtę obſeruantiæ, ordinatæ, vel propter maiorem reuerentiã in ſuſcipiendis uel tractandis ſacramentis, vt ieiũo ſtomacho ſacramentum euchariſtiæ percipere. in facie eccleſiæ ſpõſum & ſponſam matrimonio copulare & benedicere, & ſimilia quæ nihil faciunt ad ſacramenti ueritatem, ſed ad honorem & dignitatem. Et ſic poſitiuæ con-

Verũ peccent qui ſe obligãt & de iſtitutione eccleſiæ.

Reſponſio de obligatione eccleſiæ.

Diuina ordinatio eſt ſuffi cientiſſima & ad oĩa pfectiſſima, nec indiget noua inſtitutione.

Cõſtitutiones eccleſiæ ſunt qdam exteriores obſeruantiæ nec ſe ad interiora extẽdunt.

ſtitutiones eccleſiæ nihil faciunt ad ueritatem perfe
ctionis legis euangelicæ quo ad meritum ſuperna-
turale, ſed ſolum ad quandam congruitatem & de-
centiam obſeruationem. Et ideo non ſe extendunt
ad interiorem diſpoſitionem uoluntatis ſicut præ-
cepta diuina, ſed ſolnm quantum ad exteriorem ex
hibitionem operis. Quia ergo uotum religionis in-
ter alia eſt quædam poſitiua cõſtitutio eccleſiæ, ideo
non ſe extendit, niſi ad ſubſtantiam actus exterio-
ris, ſicut & cæteræ eccleſiæ cõſtitutiones, & quia ex-
terior exhibitio operis nihil boni ſupnaturalis cau-
ſat in uoluntate, niſi procedat ab interiori motu cha
ritatis, patet ipſam obligationem nihil ſupernatura
lis boni cauſare in uoluntate.

Votũ eſt poſitiua cõſtitutio eccleſiæ, nõ ſe ad ĩteriora extendit.

Verum quia hæc contra Thomiſtas dicimus, ſu-
pereſt, vt errorem eorum proprijs ipſorum rationi
bus refellamus. Ipſi enim Thomiſtæ concedunt, ꝙ
præceptum prælati non extendit ſe ad interiorem
motum uoluntatis, ſed ſolum ad ſubſtantiam actus
exterioris. Dicunt enim: Q2 quando prælatus præci
pit ſubdito, in eo quo ei non ſubditur, puta cũ præci
pit interiori motui uolũtatis, tũc homo homini obe
dire non tenetur. Et allegant Senecam in libro de
beneficijs, dicentem: Errat ſi quis æſtimat ſeruitutẽ
in totum hominem deſcẽdere, pars enim melior ex
cepta eſt. Corpora obnoxia ſunt & aſſcripta domi-
nis, mens uero eſt ſui iuris. Sed quia quicquid eccle-
ſia cõſtitutione poſitiua ordinat circa eccleſię filios,
ordinat ut homo, & uotũ religionis eſt poſitiua con
ſtitutione eccleſiæ ordinatum. Planum eſt, ꝙ nec
uotum, nec quodcunꝙ aliud ſic conſtitutum poteſt
obligare interiorem motum uoluntatis, qui ſoli deo
eſt ſubditus, ſed ſolum extẽdit ſe ad ſubſtantiã actus

Thomiſtæ ꝓprijs rationib⁹ refelluntur.

Præceptũ prælati nõ ſe extẽdit ad uoluntatem.

Eccleſia cõſtitutione poſitiua ordinat vt homo, nec poteſt obligare motum volũtatis.

exterioris, qui eſt eccleſiæ, tanq̄ vniuerſali prælato ſubiectus. Et ſic uotum inquantum dicit neceſſariã obligationem non poteſt eſſe bonum meritorium, quia nõ poteſt ſe extendere ad interiorem motum uolũtatis, in quo cõſiſtit omnis meriti cauſa & principium. Q autem infertur autoritas Auguſtini dicentis: Felix illa neceſſitas, quæ ad meliora compellit. Idipſum & nos dicimus. Dicit enim ſermo diuinus: Compelle intrare vt impleatur domus mea. Sed ꝙ illa neceſſitas coactionis ſit per ſe cauſa boni productiua, uel ꝙ ſit per ſe bonum meritorium, quẽadmodum Thomiſtæ affirmãt, omnino negamus, immo falſum eſſe, & hæreſi Pelagianæ uicinum eſſe dicimus, quod partim ſuperius, partim alias copioſis & efficacibus autoritatibus & rationibus declarabimus. Q uotum religionis ſit poſitiua eccleſiæ inſtitutione ordinatum, & ipſi Thomiſtæ euidenter oſtendunt, dicentes: Q in omni uoto ſolenni religionis poteſt per Papam diſpenſari. Et allegant inter alia unam rationem talem. Omnes ſolennitates profeſſionum & omnes religiones ſuperadditæ Chriſtianæ religioni, habẽt uigorem ab eccleſiæ conſtitutione & confirmatione, ergo per eccleſiam poſſunt mutari. Et poſitiua conſtitutio eccleſiæ inquantum huiuſmodi, non poteſt ſe extendere ad interiorem motum voluntatis in quo eſt principium merendi, ſed ſolum ad ſubſtantiam actus exterioris, qui poteſt fieri abſq; auxilio gratiæ ſecundum facultatem uoluntatis. Dicere ergo, ꝙ uotum ſit cauſa productiua meriti, & ꝙ faciat actum virtutis meritorium, non eſt aliud dicere, quàm ꝙ exteriorem actum voluntatis abſque auxilio gratiæ poteſt æterna beatiudo mereri. Quia

Votũ proprie nõ poteſt eſſe bonũ meritorium.

Sẽtẽtia Aug. Felix neceſſitas, &c. explicatur.

Secũdũ Thomiſtas Papa ĩ omi uoto poteſt diſpẽſare.

uotum inquantum dicit obligationẽ declarauimus ſtare non poſſe cum libertate uoluntatis, & per conſequens, nec etiam cum gratia quæ eſt cauſa liberrima. Hæc fuit inſania Pelagij heretici dicẽtis, ꝙ uoluntas facultate naturali ſufficeret ad æternã beatitudinem promerendam abſq; auxilio gratiæ, a qua error Thomiſtarum nõ ſolum in hoc loco, ſed etiã in multis alijs non multũ degenerare uidetur. Cũ ergo dicit ſermo euangelicus. Compelle intrare vt impleatur domus mea, & Aug. Felix illa neceſſitas, quæ ad meliora compellit. Non eſt accipiendum, ꝙ regnum cœlorum ſit inuite bonis implendũ. Quia bonum hominis meritorium oportet eſſe uoluntarium, eo ꝙ bonum meritorium ſit actus uoluntatis charitatis informatæ, quę eſt cauſa liberrima. Cum ergo dicit. Compelle intrare, per hoc non vult intelligi, ꝙ compulſionis neceſſitas ſit cauſa productiua boni meritorij, ſed ꝙ ſicut mala & effrenis libertas, multis occaſionem peccandi & a deo longius recedendi prębet, ſic bona neceſſitas multis occaſionem redeundi & ſe cõuertendi ſubminiſtrat. Quæ tamẽ occaſio non eſt cauſa errandi uel redeundi niſi per accidens. Et ſic occaſione mali ſubtracta, uolũtas ad ſe redeat, & gratia informata ex motu gratiæ actũ liberum & uoluntarium eliciat, & uoluntaria ac ſupernaturali libertate ad deum ſe conuertat. Illa uero ſupernaturalis & libera uoluntatis ad deum conuerſio, eſt ipſum melius bonum, ad quod Aug. bonam neceſſitatem compellere deſignauit.

Thomiſtæ in multis Pelagianæ hæreſi fauere uidentur

Cõpelle intrare & felix neceſſitas, &c. quõ intelligũt

De mala libertate & bona neceſſitate.

SEQVVNTVR CONCLVSIONES NOVEM DE LIBERTATE CHRISTIANAE RELIGIONIS.

PRIMA CONCLVSIO.

VOtum religionis eſt per poſitiuã con ſtitutionem eccleſiæ Chriſtianæ reli‑ gioni ſuperadditum & ordinatum, non ad alicuius defectus Chriſtianæ religionis ſuppletionem, ſed ad ipſius religionis perfectiſſime traditæ, neceſſariam & com pulſiuam obſeruationem, quo ad ſubſtantiam actus exterioris. *Quare uotũ religionis inductum.*

Secunda concluſio. Votum religionis inquantũ dicit neceſſariam obligationem, & eſt quid poſitiuũ ab eccleſia, non eſt bonum meritorium nec alicuius boni ſupernaturalis per ſe effectiuum. Poteſt tamen occaſione mali ſubmota, uoluntati dare occaſionem bene faciendi, & ex motu & informatione gratiæ, bonum meritorium producendi. Et ſic uotum po‑ teſt eſſe cauſa per accidẽs boni meritorij. Patet iſtud quia effectus meritorius præſupponit efficientẽ cau ſam merendi, ſed uotum inquãtum dicit neceſſariã obligationem, & eſt quid poſitiuum ab eccleſia non efficiens cauſa merendi, eo ꝙ ſola libertas uolunta‑ tis charitate informate eſt principium & cauſa me‑ rendi, ſed talis cauſa non eſt uotum, inquantum di‑ cit obligationem neceſſariam, ergo uotum inquan tum dicit neceſſariam obligationem, nõ poteſt eſſe meritorium bonum, nec alicuius meritorij boni effectiuum. *Votũ non eſt bonũ meritorium.*

Tertia concluſio. Votum religionis inquantum dicit liberam uoluntatis oblationem ad euangelicã obſeruationem, & eſt actus uoluntatis charitate in‑ formate, eſt bonum meritorium & alicuius ſuper‑ naturalis boni effectiuum, patet. Vbicunꝙ eſt ſuffi‑ ciens cauſa merendi, ibi poteſt ſufficiẽs cauſari effe‑ *Quãdo uotũ & quõ poſſit dici meritoriũ*

ctus meriti,ſed uolũtas charitate informata,eſt ſuffi-
ciens cauſa merendi,ergo poteſt ſufficientem cauſa
re effectum meriti. Votum uero prout eſt actus uolũ
tatis charitate informate,eſt effectus illius uolũtatis,
ergo eſt bonum meritorium.

Votũ nõ neceſſarium eſt Chriſtiano.

Quarta concluſio. Chriſtiana religio poteſt abſq; uoto religionis per libertatem ſpiritus ſecundũ omnem ſuam perfectionẽ,perfectiſſime obſeruari. Pro quo talis datur ratio. Summa perfectio Chriſtianæ religionis conſiſtit in ſumma & ſupernaturali cõformitate humanæ uoluntatis cũ diuina. Hæc autẽ ſupernaturalis conformitas cauſatur ex ſummo actu uoluntatis gratia informate pro ſtatu uiæ. Sed abſq; uoto poteſt eſſe huiuſmodi actus uoluntatis gratia informate ex motu excellentis gratiæ,quę eſt cauſa libera & nõ ex uoti obligatione,quę eſt cauſa neceſſaria. Gratia uero infunditur humanæ uoluntati,nõ ex uoto hominis,ſed ex beneplacito diuinæ bonitatis. Iuxta illud Apoſtoli. Hæc omnia operatur unus atq; idem ſpiritus,diuidẽs ſingulis prout vult. Ergo religio Chriſtiana poteſt ſecundũ omnẽ perfectionẽ ſuam abſq; uoto religionis per libertatẽ ſpiritus perfectiſſime obſeruari. Rurſum: Vbicunq; eſt ſufficiẽs cauſa & principium producẽdi,ibi poteſt ſufficiens produci effectus,ſed abſq; uoto religionis poteſt eſſe ſufficiens cauſa & principium producendi perfectã obſeruationẽ Chriſtianæ religionis. Patet,quia ſufficiens cauſa & principium producendi huiuſmodi perfectionem,eſt uoluntas excellenti charitate informata,& ad ſummã perfectionẽ Chriſtianæ religionis perpetua intentione oblata, ſed talis uolũtas poteſt eſſe abſq; uoto religionis. vt ſupra oſtẽſum eſt, ergo abſq; uoto religionis poteſt religio Chriſtiana

Sũma cauſa merendi.

perfectiſſime obſeruari.

Quinta cõcluſio. Religio Chriſtiana eſt ab exordio a Chriſto inſtituente in libertate ſpiritus & non in aliqua obligatione neceſſitãte ordinata. Cuius ratio ſumitur ex parte principij productiui, ex forma rei productæ, & ex fine productionis. Principiũ productiuum eſt diuina uolũtas in Chriſto. Res producta eſt lex euangelica. Finis productionis, eſt diſponere humanam uoluntatem ad ſupernaturalem cõformitatem diuinæ uoluntatis. Primo ex principij productiui talis datur ratio. Principium productiuũ ex ſe ſufficiens & a nullo dependens atq; agens per modum uolũtatis ad ea q̃ extra ſe ſunt, ſemper liberum producit effectum, ſed diuina uoluntas in Chriſto eſt principium productiuum ex ſe ſufficiẽs, quia omnipotens & a nullo dependens, quia eſt per ſe ſubſiſtens & eſſe omnium ſubſiſtentium, & agens per motum uoluntatis ad ea quæ extra ſe ſunt, quia ad nihil extra ſe habet ſe neceſſarie, ſed ad omnia extra ſe habet ſe libere, & ſic ſemper liberũ producit effectum, quia cauſa ſimpliciter libera agẽs per motum libertatis producit effectum ſimpliciter liberũ. Sed lex euangelica quæ eſt regula Chriſtianę religionis eſt effectus diuinæ uolũtatis in Chriſto, & diuina uolũtas in Chriſto, eſt cauſa ſimpliciter libera, ergo lex euãgelica q̃ eſt effect⁹ diuinę uolũtatis eſt regula C. R. & eſt ſimpliciter libera. Et ſic R. C. eſt ab exordio a Chriſto ſub lege euangelica, libera in libertate ſpiritus ordinata. Secũdo, ex parte formæ rei productę talis datur ratio. Regula diuini amoris eſt forma a Chriſto legi euangelicæ impreſſa per legiſlatorem, dicentem: Hæc mando uobis, vt diligatis inuicem. Et per Apoſtolum, Qui diligit proximum

Religio Chriſtiana in libertate nõ in obligatione inſtituta ꝓbat, ex principio productiuo, ex re producta, et fine ꝓductionis

Lex euangelica eſt libera.

Scđo ex parte rei ꝓductæ.

legem impleuit,ſed regula diuini amoris eſt ſimpliciter libera, quia quicquid fit ex amore,eſt maxime liberum, ſed libera regula nõ neceſſitat, ſed libertat religionem & religioſum, ergo religio Chriſtiana eſt ab exordio ſub libera lege euangelica in libertate ſpiritus ordinata. Tertio,ex fine productionis talis datur ratio.Finis inſtitutionis legis euangelicæ eſt,vt humana uoluntas ad ſupernaturalem conformitatem diuinæ uoluntatis erigatur. Supernaturale uero bonum diuinæ uoluntatis cui humana uolũtas conformatur, eſt libertas diuini amoris, & tunc dicitur ſic,Ad conſequendum finem intentum debitum requiruntur debita merita ad illum finem debito modo ordinata,ſed finis legis euangelicæ intẽtus,eſt libertas diuini amoris,ergo requirit merita libera ad libertatem diuini amoris debito modo ordinata,ſed huiuſmodi media ſunt actus Chriſtianæ religionis ſecundum legem euangelicam,ergo requiritur ꝙ actus Chriſtianæ religionis ſub lege euãgelica ſint liberi. Et ſic concluditur ꝙ religio Chriſtiana eſt ab exordio a Chriſto inſtituente ſub lege euãgelica in libertate ſpiritus,& non in aliqua obligatione neceſſitante ordinata. Sicut per Apoſtolum euidentur confirmatur dicentem:Fratres,non ſumus inquã ancillæ filij, ſed liberæ, qua libertate nos deus liberauit.

Finis euãgelicę inſtitutiõis.

Sexta concluſio. Seruare opera euangelica ſecundum perfectionem religionum facticearum,nõ eſt ſumma perfectio Chriſtianæ religionis, ſed ſeruare ea ſecundum omnem perfectionem in lege euangelica comprehenſam,& a legiſlatore Chriſto intentã & ordinatam, eſt ſumma perfectio Chriſtianæ religionis. Prima pars huius cõcluſionis tali deducitur

Quæ ſumma perfectio

ratione. Actus eſt perfectio potentiæ,& actus uolun tatis charitate informate, eſt ſupernaturalis pfectio uoluntatis. Ergo ſummus actus uoluntatis ſummo gradu charitatis informate,pro ſtatu uię eſt ſumma perfectio uoluntatis. Sed ſeruare opera euangelica ſecundum perfectionem religionum facticiarum, non eſt ſummus actus uoluntatis pro ſtatu uiæ ſum mo gradu charitatis informate,patet. Sũmus actus uoluntatis pro ſtatu uiæ eſt libero & abſoluto chari tatis affectu deo inhærere,& nulli rei citra deum per cupiditatem adhærere. Sicut de hoc teſtat̃ Apoſto lus. Quis inquam nos ſeparabit a charitate Chriſti. Certus ſũ,ꝙ neq̧ mors neq̧ vita.&c.neq̧ ulla crea tura poterit nos ſeparare a charitate,quę eſt in Chri ſto Ieſu. Et per Auguſtinum. Nutrimentum in quam charitatis eſt imminutio cupiditatis, ſed ſer uare euangelica opera ſecundum perfectionem re ligionum facticiarum non eſt talis actus uoluntatis, quo libero cordis amore deo inhæretur, & nulli rei per cupiditatem adhæretur, patet. Quia ſummus actus religionum facticiarum inquantũ huiuſmodi eſt ſeruare profeſſionẽ regularẽ. Iuxta illud Bernar. In de precep.& diſpen. Prælati iuſſio vel prohibitio non prætereat terminos profeſſionis, nec vltra ex tendi,nec citra contrahi debet. Et Franciſcus in re gula. Firmiter præcipio fratribus vniuerſis vt obe diant ſuis miniſtris in omnibus quæ ꝓmiſerũt deo obſeruare, & non ſint contraria animæ ſuæ & regu læ noſtræ, Miniſtris autem ait,ꝙ nõ ſint præcipien tes eis,ꝙ ſit cõtra animam ſuam & regulam noſtrã. Sed profeſſionem regularẽ obſeruare non eſt aliud q̃ uoluntatem liberam tenere a poſſeſſoria proprie tate rerum ſecundum uotum paupertatis, & ab ope

Sũmus actus uoluntatis.

Nutrimentũ charitatis.

Bernar.& Frã ciſcus de obli gatione pro feſſionis.

Oſeruare pro feſſionem re gularem.

ribus carnalis illecebre, ſecundum uotum cōtinētię, & a proprio dominio ſui, ſecundum uotum obidientiæ, ſicut teſtatur ipſa forma profeſſionis. Planū eſt ergo, ꝙ per huiuſmodi actum uoluntas non liberatͣ ab omni rerum cupiditate, & per conſequens, nec libero charitatis affectu deo inhæretur, ergo ſeruare opera euangelica ſecundum perfectionem religionum facticiarum, non eſt ſumma perfectio Chriſtianæ religionis. Secunda pars probatur. Seruare opera euangelica ſecūdum omnem perfectionem in lege euangelica comprehenſam & a legiſlatore Chriſto intentam & ordinatā, eſt ſumma perfectio Chriſtianæ religionis, ſed ſumma perfectio in lege euangelica comprehenſa, & a Chriſto intenta eſt, ꝙ uoluntas libero & abſoluto charitatis affectu deo inhæreat, & nulli rei citra deum per cupiditatē adhæreat, atq; tali actu ad immediatum ingreſſum regni cœleſtis pertingat, ſicut ipſa ueritas dicit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorū. Pauperes ſpiritu non tam rebus q̃ uoluntate habendi deſignans, ergo tali intentione ſeruare opera euangelica, eſt ſumma perfectio Chriſtianæ religionis. Et ideo nihil propriȷ̃ habere, vt religioſi communiter faciunt, non eſt ſumma perfectio C.R. Nec etiā nihil uel proprie uel cōmuniter habere, vt faciunt fratres minores, nō eſt ſumma perfectio Chriſtianæ religionis. Sed nihil uelle habere, & affectum uoluntatis liberum & abſolutum ab omni creatura quæ eſt bonum particulare reſeruare, & in deum habere reſolutū q eſt bonū vniuerſale, eſt ſūma ꝑfectio C.R. Sicut dicit Greg. ſuper Io. Relictis retibus & naui, ſecuti ſūt eum. Vterq; iſte piſcator qd reliquit, q pene nihil habuit, ſed in his affectū potius pēſare debem'

Perfectio euāgelȷ̃ a chriſto intenta.

Actus ſūmæ perfectionis.

q̃ cẽſũ. Multũ relinquit q affectũ habẽdi dereliquit.
Septima cõcluſio. In omi ſtatu C.R. poteſt ſũmũ æternæ beatitudinis mereri p̃miũ, q̃uis in omi ſtatu C.R. nõ poſſit ſũmus actus euãgelicæ pfectionis exerceri. Prima pars hui⁹ cõcluſiõis ſic ꝓbat. Vbicũqꝫ eſt ſũma cauſa merẽdi, ibi põt ſũmus cauſari effect⁹ merẽdi. Sed in omi ſtatu C.R. poteſt eſſe ſũma cauſa merẽdi. Nã ſũma cauſa merendi eſt uolũtas ſũmo gradu charitatis ꝓ ſtatu uiæ informata, ſed talis uolũtas põt eſſe in omi ſtatu C.R. Quia diuina uoluntas ſicut omẽ bonũ ſupnaturale in humana uolũtate ꝓducit, ſic etiã vbi quãdo & quãtũ vult efficit, ſicut p Apoſtolũ dicit. Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris p ſpiritũ ſãctũ q dat⁹ eſt nobis. Et iterũ: Vnicuiqꝫ dat manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ. Hæc oĩa opat vnus atqꝫ idẽ ſpũs, diuidẽs ſingulis prout vult. Et p euãgeliſtã Io. ipſa ueritas dicit. Spirit⁹ vbi vult ſpirat. Volũtas uero ſũmo gradu charitatis ꝓ ſtatu uiæ informata poteſt cauſare effectũ ſũmi p̃mij meritoriũ. Et ſi nõ quãtũ ad exteriorẽ actũ imperatũ, tamẽ quãtũ ad interiorẽ actũ, vel quãtũ ad interiorem affectus p̃parationẽ cũ neceſſitas uel oportunitas ſe obtulerit. Sed habere interiorẽ affectus p̃parationẽ ad faciẽdũ ſũmũ actũ euãgelicæ pfectionis cũ neceſſitas uel oportunitas ſe offert, eſt ſũmi p̃mij meritoriũ ergo in omi ſtatu C.R. poteſt ſũmũ mereri p̃mium æternæ felicitatis. Secũda pars ſic ꝓbat. Sũm⁹ actus euãgelicæ pfectionis, eſt cõformare humanã uolũtatem diuinæ uolũtati, nõ ſolũ quãtũ ad interiorẽ affectus p̃parationẽ ad faciẽdũ ſũmũ actũ euãgelicæ perfectionis, cũ neceſſitas uel oportunitas ſe offert, verũ etiã quãtũ ad actũ exteriorẽ imperatũ, uel quantũ ad ipſius ſũmi actus exteriorẽ & actualẽ exhibitionem.

In omni ſtatu poteſt mereri ſũmũ p̃miũ.

Diuina uolũtas omne bonũ producit ĩ homine.

Sicut per Apoſtolum dicitur. Eſtote imitatores dei ſicut filŋ chariſſimi, & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos & tradidit ſemetipſum ꝓ nobis oblationem & hoſtiam deo in odorem ſuauitatis. Et iterum: Vobis donatum eſt a Chriſto, non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo patiamini, idem certamē habentes quale & uidiſtis in me & nunc audiſtis de me. Et iterum: Velle cepiſtis ab anno priore, nunc uero & facto perficite, ut quemadmodum promptus eſt animus uolūtatis, ita ſit & perficiendi ex eo quod habetis. Sed in omni ſtatu Chriſtianæ religionis non poteſt humana uoluntas conformari diuinæ uoluntati, quātum ad ſummi actus euangelicæ perfectionis exteriorem & actualem exhibitionem, licet poſſit quantum ad interiorem affectus præparationem. Tum quia ſunt quidam ſtatus alligati imperfectioni quorūdam actuum, vt matrimonialis ſtatus, &c. in quo ſecundum exigentiā illiꝰ ſtatus non poteſt actus virginalis excellentiæ exerceri. Tum etiam quia quibuſdam nō ſe offert oportunitas ſecundum præparationem affectus interiorem, ſicut patet de illis qui ardenti deſyderio ad martyrium aſpirant, ſed tamen quia neceſſitas uel oportunitas ſe non offert, martyrŋ actum non perficiūt. Tum etiam quia uoluntas magno gradu charitatis informata, interdum eligit magis magnum ardorē charitatis in minoribus actibus confidenter exercere, q̄ ad maiora opera fruſtra uel dubie ſe extendere. Magis eligēs minora perfecte q̄ maiora imperfecte efficere. Quia enim uoluntas tam in ſtatu naturæ q̄ gratiæ, eſt cauſa libera, & non poteſt per quodcunq; obiectum neceſſitari coactionis neceſſitate. Ideo ſecundum magnitudinem charitatis informantis nō

Nota. In minori actu maius premium.

cogitur uoluntas magnum eligere actum perfectionis, ſed ſecũdum bonum libertatis ſuæ ſufficit ꝙ ſit bonum id quod eligit. Nam bonum facere eſt de ratione uoluntatis, eo ꝙ bonum per ſe ſumptũ eſt proprium obiectum eius. Et ideo quantacunq; magna charitate informatur, tamen ad hoc ad melius bonũ eligendum non neceſſitatur, ſed ad quodcũq; bonũ eligendum ſuæ libertati relinquitur. Inde fit, ꝙ interdum minus bonũ eligit, quod tamẽ ſummo gradu charitatis perficiens ad ſummũ actum euangelicæ perfectionis cũ oportunitas uel neceſſitas occurrit affectum præparatum extendit. Et ſic in minori bono ſecundum ſummũ charitatis gradum uitam ducẽs, & ad ſummũ bonum oportunitate occurrente, affectum præparatum habens, ſummũ premium æternæ felicitatis meretur.

Octaua cõcluſio. In vniuerſali eccleſia catholica oportet eſſe perfectionem ſummã, omnẽ perfectionem religionum facticiarum inquantum huiuſmodi excedentem, qua humana uoluntas tam ſecundũ ſummũ exteriorem actum q̃ ſecundum interiorem affectum diuinæ uoluntati conformetur, quæ perfectio recto nomine, perfectio internæ ſanctitatis nominẽt. Probatur: Eccleſia catholica eſt corpus Chriſti miſticum bene ordinatum & perfecte diſpoſitũ, cuius Chriſtus eſt caput, influens ſingulis membris ſenſum & motum. Sicut dicit̃ per Apoſtolũ. Om̃ia ſubiecit ſub pedib⁹. ſ. Chriſti. Et ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet. Et tũc talis adducit̃ ratio. Corpus bene & perfecte diſpoſitũ requirit, vt membra ſint inuicem debito modo coordinata & capiti debite proportionata, ſed eccleſia

Chriſt⁹ caput eccleſiæ.

catholica eſt corpus Chriſti miſticum, bene & perfe cte diſpoſitum, ergo requirit ꝙ ſit capiti ſuo Chriſto debite proportionata. Debite Chriſto non propor tionaretur, niſi humana uolũtas tam ſecũdum ſum mum exteriorẽ actum euangelicæ perfectionis q̃ ſe cundũ interiorem affectus, ſecũdum modũ uiæ, diui næ uoluntati in Chriſto cõformaretur. Nã propor tio dicit cõmenſurationem vnius ad aliud. In perfe ctione autem uirtutis nõ eſt menſura quãtitatis, ſed bonitatis. Idem enim eſt ibi maius qđ meli⁹. Si ergo eccleſia catholica non haberet omnẽ perfectionem Chriſti capitis perfectioni ſecũdum modũ uiæ con gruentẽ, tunc non eſſet corpus ſuo capiti debite pro portionatũ. Sed impoſſibile eſt caput ſumme perfe ctũ corpus habere in aliquo deficiens & imperfectũ. Chriſtus uero eſt caput ſũme perfectũ, ſicut ꝑ Apo ſtolum dicitũ: Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ, qui eſt principium primogenitus ex mortuis, vt ſit in om nibus ipſe primatũ tenens. Quia in ipſo complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eũ reconſi liari omnia in ipſo, ergo oportet in eccleſia catholi ca eſſe omnem perfectionem, qua humana uolũtas ſecundũ modũ uiæ Chriſti uoluntati in omnibus cõ formetur. Sicut per Apoſtolum ad omnes eccleſiæ filios dicitũ. Vos cũ eſſetis aliquãdo alienati & inimici ſenſu in operibus malis, nunc autem reconſiliauit in corpore carnis omnes per mortem exhibere vos ſanctos & immaculatos & irreprehenſibiles coram ipſo. Sancti uero & immaculati & irreprehenſibiles eſſe non poſſent, niſi in omni perfectione legis euan gelicæ Chriſto conformes eſſent, hoc eſt, niſi libero charitatis affectu deo inhærerent, & nulli rei citra dominum per cupiditatem adhærerent. Propter

Nota de perfectione eccl'ię

quod Apoſtolus ammonet, dicẽs: Veritatem facientes in charitate creſcamus, in illo per omnia qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis ſecundum operationem in mẽſuram cuiuſq; membri augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate.

Vita ſacerdotalis uita Apoſtolica & ſumma perfectio.

Nona concluſio. Vita ſacerdotalis ſecundum eminentiam ſtatus ſacerdotalis & dignitatem ordinis regulata, eſt uere & ſimpliciter uita Apoſtolica & ſumma perfectio religionis Chriſtianæ. Huius concluſionis ratio ſumitur ex duobus. ſ. Ab eminentia ſtatus ſacerdotalis, & a dignitate ordinis, & ab excellentia actus. Ab eminentia ſtatus ſacerdotalis ſic probatur. Status ſacerdotalis eſt ſumm⁹ ſtatus eccleſiæ militantis. Patet: Om̃is perfectio quæ eſt in eccleſia, eſt perfectio participata ab influẽtia capitis ſui Chriſti, ſed ſummus ſtatus in Chriſto fuit ſacerdotiũ. Iuxta illud Pſal. Tu es ſacerdos in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Nã ſũm⁹ ſtatus dicit̃ ratione cui⁹ ſimpliciter alicui cõpetit ſũmũ eſſe in aliqua cõitate. Sed Chriſto ratione ſacerdotalis ſtat⁹ ſimpliciter cõpetit eſſe ſũmũ in eccleſia militãte, q̃a ratione ſacerdotalis ſtatus cõpetit ſibi eſſe principẽ & caput eccleſiæ & legiſlatorẽ legis euãgelicæ, q̃ eſt regula eccleſiæ. Sicut p̃ Ap̃l̃m dicit̃. Si cõſũmatio p̃ ſacerdotiũ leuiticum erat. Pp̃l̃s em̃ ſub ip̃o legẽ accepit, q̃d adhuc neceſſariũ fuit ſc̃d̃m ordinẽ Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotẽ, et nõ ſc̃d̃m ordinẽ Aarõ dici? Trãſlato em̃ ſacerdotio, neceſſe eſt vt & legis tranſlatio fiat. In quo enim hæc dicuntur de alia tribu eſt, de qua nullus altario præſto fuit. Planum eſt q̃ tranſlato ſacerdotio non eſſet neceſſe legem tranſferri, niſi

Sũm⁹ ſtat⁹ q̃.

legiſlatio ſimpliciter a ſacerdotio dependeret. Quia ergo ratione ſacerdotij Chriſto ſimpliciter competit eſſe principem & caput eccleſiæ & legiſlatorem legis Chriſtianæ. Iuxta illud Pſal. Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. Patet ꝙ ſacerdotium eſt ſummus ſtatus in Chriſto, & per conſequens ſummus ſtatus eccleſiæ militantis. Nam ſicut Chriſto ſacerdoti competit legem ferre & ordinare, ſic homini ſacerdoti competit legem latam conſeruare & promulgare. Sicut per prophetam dicitur. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legē dei ex ore eius requirunt. Item ille ſtatus eſt in eccleſia militāte ſummæ perfectionis, qui ratione ſuæ dignitatis & excellentiæ, ſingulariter competit ſummo eccleſiæ membro, ſed talis ſtatus eſt ſacerdotiū, quia competit ratione ſuæ dignitatis & excellentiæ capiti eccleſiæ Chriſto. Sicut per Apoſtolum dicit. Plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco ꝙ morte perhiberentur permanere. Hic autem, eo ꝙ maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium. Iuxta illud Pſal. Iurauit dominus & nō pœnitebit eum, tu es ſacerdos in æternum ſecūdū ordinem Melchiſedech, ergo ſtatus ſacerdotalis eſt in eccleſia militāte ſtatus ſummæ perfectionis. Et ob hoc uita ſacerdotalis ſecundum eminentiam ſtatus regulata eſt uita Apoſtolica & ſumma pfectio Chriſtianæ religionis. Ille eſt in eccleſia militante ſtatus ſummę pfectionis, propter cuius excellentiam & dignitatem alicui competit in eccleſia locus ſummæ dignitatis. Sed ſacerdotium eſt talis ſtatus, quia propter dignitatem & excellentiam ſacerdotij competit ſacerdotibus eſſe duces eccleſiæ catholicæ, & per ſacramentorum conſecrationem, & diſpēſationem eccleſiaſtici populi in-

Quō ſtatus ſacerdotis eſt ſūmus.

ſtrumentales ſanctificatores. Sicut ipſius nominis Ethimologia euidẽter oſtẽdit. Dicitur eñ ſacerdos quaſi ſacer dux, uel ſacra dãs, uel ſacramẽtorũ diſpẽſator. Nam ſacerdotibus competit populo dei uerbũ ſalutis p̃dicare, & inter huius uitæ periculoſa diſcrimina, tam uerbo ueritatis q̃ exemplo ſanctitatis uiã uitæ demõſtrare ſicut ad eos ipſa ueritas dicit. Vos eſtis ſal terræ, ꝙ ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur. Vos eſtis lux mundi. Et ob hoc dicuntur ſacri duces, quaſi ſanctitatis præceſſores & ductores tam uerbo q̃ exemplo. Similiter & ſacerdotibus ſpecialiter incũbit ſacramẽta cõficere, & per eorum diſpẽſationem populum Chriſtianũ ſanctificare. Sicut ad eos ipſa ueritas dicit: Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Et ob hoc dicũtur ſacerdotes, quaſi ſacra dantes, & per ſacramentorum diſpenſationem populum inſtrumentaliter ſanctificantes. Sed eſſe ducem alicuius cõmunitatis & ſpiritualium bonorum diſpenſatorem, eſt locus uel ſtatus ſummę dignitatis. Ergo ſacerdotium eſt ſtatus ſummæ perfectiõis. Itẽ ſicut in cœleſtib⁹ hierarchijs illa eſt ſummæ perfectionis quæ deo uiciſſime appropinquãs, diuinorum bonorum & omnium ſpiritualium cariſmatum plenitudinẽ immediatiſſime & perfectiſſime ab influẽtia diuina ſuſcipit, & ſuſceptam inferioribus ordinibus pro captu ſingulorum refundit. Sic in hierarchijs eccleſiaſticis, ille eſt ſtat⁹ ſummæ perfectionis, quo uitæ Chriſti maxime appropinquatur, & ſpiritualium cariſmatum plenitudo perfectiſſime participatur, & participata inferiorib⁹ ſtatibus eccleſiæ pro captu ſingulorum cõmunicatur, ſed talis ſtatus eſt ſacerdotium. Nam ſtatus ſacerdotalis eſt ab oĩbus mundi & carnis occupationibus ſequeſtratus

Sacerdos vñ.

Sacerdotis officium.

Sũmus ſtatus in cœleſtibus.

Nota ſacerdos officium tuum.

& abſolute diuino cultui mancipatus,& in dei ſortẽ delegatus. Et ideo competit ſacerdotibus diuinæ cõtemplationi inſiſtere,cordis affectum ad diuinorum bonorum influentias patulum habere,& de plenitudine contemplationis ad actus ſacerdotales deſcendere. Quia ſicut inferioribus ſtatibus eccleſiæ cõpetit carnis deſyderia ſpiritui ſubiugare, profectui uirtutum inſiſtere,& ſic paulatim ab ymo ad ſuperiora & cœleſtia conſcendere: Sic ſummo ſtatui eccleſię ſicut eſt ſacerdotium,competit carnis deſyderia ſpiritui ſubiugata habere,in adepta uirtutum perfectione quieſcere,ac purgato mentis oculo cœleſtibus intendere,& ex tali plenitudine cœleſtium gratiarum ad actiones ſacerdotales deſcendere. Nunc diuinis laudibus inſiſtere,nunc ſacramenta tractare,conficere & diſpenſare,nunc uero uerbum ſalutis prædicare,& ſingulorum neceſſitatibus ſecundum infuſam ſibi gratiam,miſericorditer ſubſeruire. Vt ſicut alijs inferioribus eſt exercitium occupationes externas deſerere,& ad diuinorum contemplationem aſpirare: Sic iſti ſummo ſtatui ſit ſtudium de quiete contemplationis deſcẽdere,& per ſpirituales actiones de plenitudine cœleſtium gratiarum hauſta per cõtemplationem,inferioribus miniſtrare. Conſonat huic rationi Diony.5.ca.eccleſiaſticæ hierarchiæ.vbi cõputat ſacerdotes inter perficientes, religioſos inter perficiendos.Planum eſt perficientem præſupponere perfectionem iam habitam.Alioquin alios perficere non poſſet nondum perfectus. Sicut enim lucere non poteſt,nõdum illuminatus:ſic perficere nõ poteſt,nondum perfectus. Et ergo ſacerdotium eſt ſtatus ſummæ perfectionis in eccleſia militante.Vnde fit,ꝙ uita ſacerdotalis ſecundum eminentiam ſta

tus debito modo regulata, eſt uere & ſimpliciter uita Apoſtolica & ſumma perfectio religionis Chriſtianæ. Et ideo ſacerdos ad maiorem perfectionem acquirendam non indiget ad quemcũq; ſtatum eccleſiæ ſe tranſferre, quia ad omnem perfectionem poteſt ſibi ſtatus ſacerdotalis ſufficere, tãtum vt digne ſuo ſtatui ſtudeat conuerſari. Secundo probatur, ꝙ vita ſacerdotalis ſecundum dignitatem ordinis regulata, ſit uere uita Apoſtolica & ſumma perfectio Chriſtianæ religionis, hoc modo. Ordo ſacerdotalis eſt ſummus ordo in eccleſia militãte. Quia ipſius eſt conſecrare corpus Chriſti & ſanguinem, in quo eſt plenitudo omnium gratiarum. Et ideo hoc ſacramentum altaris, quod eſt ſacramentum ſacramentorum, conſummatur in ordine vno tanq̃ in fine vltimo & completo vt nihil deſit miniſterio ordinato, quia ipſe ordo eſt ſuperior alijs, & conſummatiuus omnium aliorum ordinum, quare merito ſibi cõpetit nobiliſſimus & ſummus actus eccleſiæ, qui eſt cõſecrare corpus Chriſti & ſanguinem. Ex quibus talis deducitur ratio. Summo & nobiliſſimo ordini competit ſumma & nobiliſſima perfectio ſanctitatis non propter neceſſitatem ſacramenti, ſed propter neceſſitatem pręcepti & dignitatem miniſterij, quia ſummo ordini competit exercere ſummum & nobiliſſimum actum eccleſiæ, ad quod propter dignitatem miniſterij competit ſumma excellentia ſanctitatis miniſtro agenti.

Sacerdos non idiget alio ſtatu ad pfectionẽ acquirẽdã.

Ordo ſacerdotalis ſummus ordo.

Sed ſacerdotium eſt ſummus & nobiliſſimus ordo, ergo ſacerdotio competit ſumma perfectio ſanctitatis propter miniſterij dignitatem, & ideo uita ſacerdotalis ſecũdum dignitatẽ ordinis regulata, eſt

An Epiſcopatus ſuperior ſacerdotio.

vere uita Apoſtolica & ſumma perfectio Chriſtianæ religionis. Sed forte opponitur. Epiſcopatus eſt ſuperior ordo q̄ ſacerdotium, quia Epiſcopatus habet ordinem ad om̄es actus eccleſiaſticos, hoc eſt, ad cōſecrationē euchariſtiæ, & ſuper hoc ad alios actus, puta confirmationem & ordinum collationem, qui actus non licens ſacerdoti. Ad quod reſpōdetur. Sacerdotium eſt ſummus ordo eccleſiæ, quia conficere corpus Chriſti & ſanguinē, eſt ſimpliciter maximus & nobiliſſimus actus eccleſię, ad quem requirit ſum mus ordo. Quod ſic probatur. Nobiliſſimus actus præſupponit nobiliſſimū ordinē, quia nobiliſſimo nō eſt dare nobilius, ſed ſacerdos habet exercere no biliſſimum actum eccleſiæ, ergo ſacerdos habet nobiliſſimum ordinem. Et ſic Epiſcopatus non dicit ordinem ſupra ſacerdotium.

Ad hoc ergo ꝙ infertur, ꝙ Epiſcopatus habet or dinem ad quoſdam actus qui non licent ſacerdoti, puta confirmare & ordines conferre. Dicendum, ꝙ omnis poteſtas quæ competit Epiſcopo quo ad con ſecrationem euchariſtiæ uel ſacramentorum diſpen ſationem, competit ei ratione ordinis ſacerdotij nō Epiſcopatus, quia oīa ſacra & ſacramētalia ordinan tur ad ſummū ſacramentorū, quod eſt euchariſtia, in quo eſt ſtatus ordinum. vt ſupra dictum eſt.

ANIMA. Ergo omnibus ſacerdotib⁹ ratione or dinis, licet omnia ſacramenta conferre, quia in omnibus ſacerdotibus vnus eſt ordo. SPIRITVS.

Ex diuina ordinatiōe licet cuilibet ſacerdoti oīa ſacra mēta cōferre.

Ex ſacramētorum primaria inſtitutione & ex diuina ordinatione, licet omnibus ſacerdotibus om̄ia ſacramēta diſpēſare, quia q̄bus licet ſūmū, licet oīa alia recto ordine illi ſūmo ſubordinata, ſed omnibus ſacerdotibus licet ſummum, quia licet eis cōſecrare &

diſpenſare ſacramẽtum euchariſtiæ,eo ꝙ ſunt recto ordine ad ſacramentũ euchariſtiæ ordinata. Et hoc eſt intelligendũ quãtũ ad primariã ſacramentorũ in ſtitutionẽ & diuinã ordinationẽ. Q̃ ergo nũc tẽporis Epiſcopis licet cõferre aliqua quæ nõ licẽt ſacerdotibus,puta confirmare & ordines cõferre,hoc eſt, vel propter eccleſię cõſuetudinẽ uel cõſtitutionem. Multa eñ ordini ſacerdotali ꝑ cõſuctudinẽ vel conſtitutionẽ eccleſiæ ſunt ablata,quæ diuina inſtitutione ei ſunt collata. Nam in omnibus caſibus criminalibus,ſacerdotibus collata eſt diuinitus autoritas abſoluendi. Iuxta illud. Quodcũq; ligaueris.&c. vbi ſicut Petrus vnus reſpondet ꝓ oĩbus,ſic ꝙ dñs Petro reſpõdet,an Petro oĩbus reſpõdet, vt etiã dicit glo. Bedæ ſuper illo loco. Et iterũ poſt reſurrectionẽ ſuã ad oẽs Apoſtolos. Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorũ remiſeritis pctã,remittunt eis.&c. Ex q̃bus colligit̃,ꝙ ſacerdotibus curã aĩarũ habẽtibus diuina ordinatione,autoritas abſoluendi in oĩbus caſibus eſt collata. Hæc tamẽ autoritas eſt per eccleſiæ cõſtitutionẽ in multis limitata. Quoſdã eñ caſus ſibi reſeruat autoritas ordinata, quoſdã uero Apoſtolica. Et ſic quaſi plenitudini ſacerdotalis ordinis autoritatis multa ſunt per eccleſiæ cõſtitutionẽ uel cõſuetudinẽ ablata,quæ tamẽ diuina ordinatione eidẽ ſunt conceſſa. Manet tamẽ in ſua dignitate ordo ſacerdotalis,& ſi nõ quãtũ ad exteriorẽ diſpẽſationẽ omniũ actuũ ſacerdotaliũ diuino iure ſibi licitoꝝ,tamẽ quãtũ ad plenariã diſpoſitionẽ & abilitatẽ ad huiuſmodi actus faciendos. Cõcordat huic rationi illud qđ habet̃ di.25. ca. olim. vbi dicit̃. Olim q̃dẽ idem presbyteri qui & Epiſcopi.&c.& infra. Sicut presbyteri ſciũt ſe ex cõſuetudine eccleſiæ ꝓpoſitis eſſe ſubiectos,ita Epiſco-

Multa ꝑ cõſtitutionẽ eccleſiæ ordini ſacerdotali oblata.

Olim presbyteri q̃ & Epi.

pi nouerint ſe magis ex cõſuetudine q̃ ex diſpoſitionis dominicæ pfectione presbyteris eſſe maiores. Eidem ſuffragat̃ dictũ Greg. ad Ianuariũ Epiſcopum, & habet̃ de cõſe. di. 5. Peruenit inquã ad nos quoſdã ſcãdalizatos fuiſſe, eo ꝙ presbyteros tãgere criſmate illos q baptizati ſunt ꝓhibuimus. Sed ſi oĩno de hac re alij cõtriſtent̃, vbi Epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiã in frõtibus baptizatos criſmate tãgere debeant, cõcedimus. ANIMA. Si uero obijcit̃, ꝙ ſoli Epiſcopi ſũt ſucceſſores Apſtoꝝ quo ad plenitudinẽ autoritatis circa act⁹ ordinis ſacerdotalis. SPIRITVS. Reſpõdet̃, ꝙ hoc uerũ eſt quãtũ ad eccleſiæ cõſuetudinẽ uel cõſtitutionẽ, ſed nõ quãtum ad primariã ſacramẽtoꝝ inſtitutionẽ & diuinã ordinationẽ. Verũ tamẽ ſoli Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apſtorũ quo ad plenã autoritatẽ iuriſdictionis ad populi ſubiecti gubernationẽ, ratione cuius dicunt̃ ꝑlati, quia Epiſcopatus dicit autoritatẽ iuriſdictiõis, nõ ordinis. Sicut ergo Cẽturio baro eſt miles inter milites, & Abbas monachus inter monachos, ſic Epiſcopus eſt ſacerdos inter ſacerdotes, quod ſonat ipſius ethimologia noĩs. Epiſcopus em̃ dicit̃ ab epi, qđ eſt ſupra, & ſcopos intẽdens, quaſi curã habẽs ſupintẽdentiæ. Curã ſupintẽdentiæ habere in aliqua cõmunitate, eũ qui curã habet a cõmunione ſocietatis illius nõ ſeparat, ſed ad amminiſtratoriũ laborẽ obligat, & pfectũ illorũ qbus præeſt uigilãter deſeruire cõpellit. Hoc aũt magis laborẽ q̃ dignitatẽ deſignat. Propterea dicit Apoſtolus, Qui Epiſcopatum deſyderat, bonũ opus deſyderat. Bonũ dicit opus, ſed non bonã dignitatẽ. Vnde antiquitus ſolebãt Epiſcopi cũ ſuis ſacerdotibus cõmunẽ gerere uitam, ita vt ſicut paterfamilias cũ ſuis domeſticis, ſic Epiſcopi ſolẽt uiuere cũ ſuis ſa

An ſoli Epiſcopi ſucceſſores Apſtorũ.

Epiſcopat⁹ dicit autoritatẽ iuriſdictionis nõ ordinis.

Epiſcopus vnde dicitur.

Quid eſt curã habere.

Nota quomõ Epi uiuebant antiquitus.

cerdotibus. Sicut legiẽ de Sancto Martino & Augu ſtino. Factus Auguſtin' presbyter monaſteriũ cleri corũ inſtituit, & cepit uiuere ſecũdũ regulã ſub ſan ctis Apoſtolis cõſtitutã. Nec hoc intelligendũ eſt ſi cut quidã dicũt, ꝙ fecerit monaſterium religioſoꝝ. Aliud eſt eñ eſſe religioſum, & aliud clericũ. Nã or dinis ſuſceptio facit clericũ, ſed ꝓfeſſio religionis fa cit religioſum. Multũ uero inter ſe differunt ordo & profeſſio religionis. Nã ordo cõfert ordinato pote ſtatẽ exercẽdi actus ſacramẽtales, qui ſunt nobiliſſi mi actus eccleſiæ militãtis. Profeſſio uero religionis, obligat religioſum ad exercitiũ actuũ p̃ſentialiũ qui cõſiſtũt in mortificatione corporis pcti. Sicut Tho miſtæ dicũt, ꝙ propter ſtatũ pœnitẽtiæ cõpetit reli gioſis humilis habitus. Dicunt enim, ſicut tempore ſolenni & gaudij vtuntur perſonæ cultioribus ueſti mentis. Ita etiam tempore pœnitentiæ vtuntur per ſonæ pœnitentes uilioribus ueſtimẽtis. Sed religio ſus eſt in ſtatu pœnitentiæ, ergo uilitas ueſtiũ ſibi cõ petit. Magna eſt ergo diſtinctio inter clericũ & reli gioſum quo ad uitæ perfectionẽ, ſicut magna eſt di ſtinctio actuum ſingulorum, nã uita conſiſtit in acti bus. Vnde Hieronymus ad ruſticum. Sic uiue in monaſterio, vt clericus eſſe merearis. In quo dicto diſtinctionem facit inter religioſum & clericum. Inſtituit ergo Auguſtinus monaſterium clerico rum, id eſt, ſacerdotum qui nunc dicuntur canonici, & cepit viuere ſecundum regulam ſub ſanctis Apo ſtolis conſtitutam. Quia Apoſtoli habebant talem modum communem uitam gerere cum ſuis diſci pulis, ſicut manifeſte patet de Petro Paulo & Io anne, ſecundum modum quem Chriſtus habuit cum diſcipulis ſuis. Quem modum ſancti patres,

Augu. mona ſteriũ inſtituit clericorũ non religioſorũ

Ordo facit cle ricum.

Profeſſio reli giõis facit mo nachũ vel reli gioſum.

Clericus perfe ctior religioſo

Hiero. Martinus, Aug. & alij tanq̃ totius religionis Chriſtianæ pfectiſſimum elegerũt imitari. Vnde liquet, ꝙ ſacerdotes ſcdm cõſilia euãgelica ſub Epiſcopo cõmunem uitã gerere & ſacerdotaliter uiuere fuit ab exordio C. R. vere uita Apoſtolica & Chriſti uitæ ſimillima, tã quo ad ſummũ actũ exteriorẽ, q̃ ad interiorem affectũ. ANIMA. Vita religionis uidet̃ in multis uitæ Chriſti ſimilior, q̃ uita ſacerdotalis. Nã uita religionis omniũ rerũ proprietatẽ abdicat. Vita uero ſacerdotalis rerũ ꝓprietatẽ reſeruat, Quia ſacerdos ſalua integritate ſtatus ſacerdotalis, poteſt propria habere & rerũ ſuarũ teſtamẽtũ condere. SPIRITVS. Proprietas nõ poteſt locum habere, niſi in tẽporaliũ rerũ proprietaria poſſeſſione. Nã in bonis æternis & vniuerſalibus non poteſt proprietas eſſe, quia nullus poteſt ea ꝓprietario iure poſſidere, ſed ſolũ quodã vniuerſali vſu habere, ſicut lumen ſolis ab oĩbus habet̃. Aliud ergo eſt temporalia habere, & aliud ꝓpria habere. Tẽporalia habere eſt de huius uitæ neceſſitate, quia tẽporalis uita non poteſt tranſigi, niſi tẽporaliũ bonorũ ſuſtẽtatione. Propria uero habere quãtũ ad pſonã habẽtis, eſt uitium corruptæ naturæ, quãtũ uero ad vniuerſitatẽ humani generis, eſt cõſeruatio vniuerſalis cõcordiæ & repreſſio in multis torporis & negligentiæ. Tẽporalia igit̃ habere nõ eſt diminutio ſanctitatis perfectę. Nã Chriſtus loculos habuit, & Apoſtoli temporalia habuerũt. Sicut dicit Apoſtolus. Habẽtes uictũ & ueſtitũ, his cõtenti ſimus. Similiter & religioſi cuiuſcũq; ꝓfeſſionis tẽporalia habẽt. Igit̃ nõ maius detrimentum eſt ſtatui ſacerdotali temporalia habere, q̃ ſtatui religionis. Propria uero habere poteſt fieri, vel proprietario iure, ſicut Chriſtiani ſub C. R. Vel proprie

Aliud tp̃alia habere, aliud ꝓpria habere.

tario amore ſicut pſtõres, inde eſt detrimentũ perfe=ctionis in omi ſanctitate uitæ. Sicut p Apoſtolũ dicitur. Cõſtat em omnẽ pfectionẽ hois cõſiſtere, pterit em figura huius mũdi in humanæ uolũtatis conformitate cũ diuina uolũtate. Hæc autẽ cõformitas attendit ex ſup naturali libertate uolũtatis, quæ cauſat ex amore. Quo ergo humana uolũtas eſt in diuino amore liberior, eo eſt diuinæ uolũtati cõformior. Nihil aũt eſt ꝙ hãc libertatẽ amoris ita diminuit, ſicut priuatus tẽporaliũ amor, qui tẽporaliũ rerũ ꝓprietatem efficit. Sicut ergo ſacerdos temporalia habet vt ea ꝓprietario affectu amoris poſſideat, iam non habet ea ſecũdũ ſacerdotalis uitæ dignitatẽ. Quia vt teſtatur ſuperior raſura capitis ſicut eſt diuino cultui mãcipatus, ſic debet ab oĩbus tẽporalibus affectũ habere denudatũ, & ad diuinæ uolũtatis cõpletionẽ indeſinẽter extentũ. Iuxta illud Apoſtoli. Nemo militans deo implicat ſe negotĳs ſecularibus. Secularib⁹ negotĳs implicari, eſt affectu cupiditatis, lucris tẽporalibus inſiſtere, & trãſitorĳs rebus priuato amore inhærere. Secularibus negotĳs ſe implicat, qui liberũ uolũtatis affectũ ſub priuato amore rerũ tẽporalium captiuat. Qđ oĩno illis nõ cõpetit, qbus ex officio ordinis æternorũ bonorũ lucris inſiſtere incũbit. Si uero ſacerdos habet tẽporalia ſolũmodo ad vſum uitæ & ad fraternæ neceſſitatis ſuppletionẽ, prout tẽporis neceſſitas uel oportunitas requirit. Sic tẽporalia habere, nõ poteſt pfectioni uitę ſacerdotalis aliquod detrimentũ facere, dũmodo in habitis rebus ſtudeat affectũ uolũtatis liberũ poſſidere. Sicut p Pſal. dicit. Diuitiæ ſi affluãt, nolite cor apponere. Affluentibus diuitĳs cor apponit, qui affectũ uolũtatis reb⁹ affluẽtibus p priuatũ amorẽ cõiũgit. Qui uero ſub affluen

Vbi cõſiſtit pfectio hoĩs in uia.

Qñ ſacerdos ꝓpria habet.

Quid raſura capitis ſignet in ſacerdote.

Implicari negotĳs ſecularibus.

Cor apponere diuitĳs.

tia rerum temporaliũ uolũtatis affectum liberũ reſer uat, illi vtiq; tẽporalia nullũ detrimentũ in perfectio ne vitæ faciũt, Sicut de Abrahã oĩbus diuitijs pleno dicit ſermo diuinus. Ambula corã me & eſto perfectus. Sicut hoc ipſum Thomiſtæ cõfirmãt, dicentes: Non oportet ꝙ vbi ſit maior paupertas, ꝙ ibi maior ꝑfectio. Nã ſũma ꝑfectio poteſt eſſe cũ magna opulẽtia. Sicut exẽplificãt de Abrahã. Si eñ tẽporalia habere, ꝑfectioni ſanctę uitæ detrimentũ neceſſarie faceret, tũc Abrahã ſub tãta rerũ abũdantia, nec corã deo ambulare, nec ꝑfectus eſſe potuiſſet. Sacerdos igiť habẽdo tẽporalia dũ per affectũ cupiditatis priuato amore ea ſibi nõ appropriat nullũ damnũ ꝑfectionis quãtũ ad dignitatẽ ſacerdotalis ordinis ex eis acquirit. Sic e regione, nec religioſus, nec religioſo abdicatio ꝓprietatis per ꝓfeſſionẽ nihil ad ꝑfectionem uitæ ꝓficit, ſi affectũ uolũtatis a cupiditate rerũ tẽporaliũ ſub profeſſoria abdicatione liberũ non cuſtodit. Oĩs eñ perfectio ſanctitatis cõſiſtit in libertate diuini amoris. Et ideo nihil ad ꝑfectionẽ proficit exterior exhibitio operis niſi exteriori operi correſpõdeat interior diſpoſitio mẽtis. ANIMA. Quid ergo ad uerba ſaluatoris dicem⁹ q dicit. Quàm diffi cile qui diues eſt intrabit in regnũ cœlorũ. Et iterũ: Niſi quis renũciauerit oĩbus quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Ex his nihil aliud accipimus, q̃ ꝙ abũdantia tẽporaliũ habẽtibus obeſt, & abdicatio abdicãtibus multũ prodeſt ad augmentũ ꝑfectionis. SPIRITVS. Aliter ſermo diuinus intelligendus eſt de diuitibus huius ſeculi, & aliter de diuitibus euãgelicis. Similiter, aliter de pauperibus huius ſeculi, & aliter de pauperibus euãgelicis. Diues huius ſeculi ille dicitur, qui affectu habendi abũdans rebus tranſi‑

Nota, paupertas nõ arguit perfectionẽ.

Propter ꝓfeſſoriã rerũ temporaliũ abdicationẽ q̃ ita nõ fit in ſtatu ſacerdotali, vita religiõis nõ mereť ſtatui ſacerdotali ꝑferri.

Perfectio ſanctitatis ĩ libertate amoris conſiſtit.

Diues ſeculi, euangelij.

torĳs per affeƈtum cupiditatis totus immergitur,& habitis rebus amore poſſidendi totus illaqueat. Quibus ipſa ueritas dicit. Væ uobis diuitibus qui habetis hic cõſolationẽ ueſtrã. Hic eñ, hoc eſt in p̃ſenti tempore, cõſolationẽ ſuã habẽt qui affeƈtũ mẽtis p̱ amorem & vſum rerũ tẽporaliũ paſcũt. Quib⁹ reƈte per ſaluatorẽ pœna æternæ dãnationis p̃dicit, quia qui præſentẽ uitã carnis delicĳs tranſigũt, in futura vita æterni cruciatus calamitatibus ſe exponunt. Iuxta illud Apoca. Quantũ ſe glorificauit & in delicĳs fuit &c. per profeƈtũ uirtutũ ad cõformitatẽ diuini amoris nõ proficiũt, in futura vita ad fruitionẽ diuini boni nõ attingunt. De huiuſmodi intelligẽdus eſt ſermo diuinus qui dicit. Quàm difficile qui diues eſt intrabit in regnũ cœlorũ. De q̄bus per Apoſtolum dicitur. Diuitibus huius ſeculi præcipue non ſublime ſapere, neq̃ ſperare in incerto diuitiarum, ſed in deo viuo, qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum. Diues euangelicus ille dicitur, qui affeƈtu cupiditatis a rebus tranſitorĳs abſolutus, toto uoluntatis affeƈtu ad deum erigitur & in libertatem diuini amoris totus reſoluitur. Ille inquam cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum. De quibus per Apoſtolum dicitur: Sicut egentes, multos autem locupletantes. Nihil habentes & omnia poſſidentes.

Diues hui⁹ ſeculi difficile intrat in regnũ cœlorum.

Diues euangelicus intrat

Cum enim omnia quæ ſunt per creationem in eſſe produƈta, perfeƈtius habent eſſe in deo quàm in ſeipſis, quia in deo habent eſſe æternum, in ſe vero eſſe temporale & creatum. Hinc eſt q̃ qui per verum amorem dominum veraciter habent, omnia perfeƈtius cum eo poſſident quàm hĳ qui peruerſo amore a deo ſeparati, rebus creatis affeƈtu cupiditatis inhęrẽt. Vultis audire euãgelicũ diuitẽ.

Paulus diues euangelicus.

Ego inquã Paulus didici in q̃bus ſum ſufficiẽs eſſe. Scio & humiliari, ſcio & abundare, vbiq; & in oĩbus inſtitutus ſum, & ſatiari, & eſurire, & abũdare, & penuriã pati. Oĩa poſſũ in eo qui me cõfortat. Quid uerum diuitem magis poſſet oſtẽdere, q̃ oĩa habere & oĩa poſſe? Hãc tantã abũdantiã ſe Paulus habere fatetur, ex eo q̃ iuxta legẽ euãgelicã a tẽporaliũ amore abſolutus, toto mẽtis affectu ad cœleſtia eleuabatũ. Cũ enĩ narraſſet oĩa in q̃b⁹ ſciret ſe ſufficiẽs eſſe, vnde hæc ſibi ſufficientia ꝓueniret, ꝓtinus manifeſtat, dicẽs: Oĩa inquã poſſũ in eo qui me cõfortat. Omne bonũ creatũ eſt bonũ participatũ & depẽdẽs. Bonũ uero depẽdens eſt inhærẽs bono increato, qđ ſolum eſt per ſe ſubſiſtẽs. Cũ hæc ita ſint, planũ eſt nihil boni eſſe poſſe in humana uolũtate qđ nõ cauſet in ea a uolũtate diuina, quæ ſola eſt bonũ per ſe ſubſiſtens & a cauſa ꝓductiua oĩs boni in rebus creatis. Vnde merito Paulus gaudens de bonorũ ſpiritualiũ abundãtia, oculũ mentis ad dñm reflectit, cuius larga beniuolẽtia ipſam abũdãtiã bonorũ vbi vult ꝓducit.

Diuites euangelici nubes.

Hĳ euãgelici diuites ſunt illi quos æternorũ bonoꝝ abũdãtia repletos, & a trãſitorĳs bonis affectu amoris eleuatos, Eſaias a longe cõſpiciẽs aiebat. Qui ſũt hĳ qui vt nubes uolãt, & quaſi colũbæ ad feneſtras. Nubes eos appellat propter diuinorũ cariſmatũ abũdantiã & plenitudinẽ, quæ ſub lege euãgelica ꝑ gratiã Chriſti ſolũmodo illuxit. Volãtes uero uocat propter humanæ uolũtatis ſupnaturalẽ in diuino amore libertatẽ & ab om̃i cupiditate rerũ tranſeuntium perfectã elongationẽ. Hĳ inquam diuites euãgelici ſunt illi cœleſtes patreſfamilias, qui de theſauro ſpiritualiũ cariſmatũ ꝓferũt noua & uetera. Qui & ſi ſub abũdantia rerũ cõſtituti, affectum tamẽ uolũtatis ab

omni uinculo cupiditatis liberum tenere,& cum ple no ac impedito amore ad dominum norunt ei igere. De quorum numero ſanctiſſimus Papa Gregorius fuit qui ſub tanta rerum abundantia affectum cordis nouit liberiorem conſeruare,q̃ quidam hære mita in vnius catticuli cohabitationem.

Pauperes huius mundi dicunt,qui de rebus trãſitorijs parum vel nihil habentes:ita cõquirẽdis trãſitorijs per affectum cupiditatis inhiant,vt æternorũ bonorum penitus obliti,in ipſis tranſitorijs ultimũ finem uitæ ſuæ conſtituunt. Sicut per Prophetam dicitur. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt.ſ. tranſitoria quæ ante memorauit. Promptuaria eorum plena eructuãtia ex hoc in illud.&c. Hij vtiq; merito pauperes dici poſſunt, quia & præſentiũ bonorum iocunditate priuantur & æternorum bonorum fruitione non gaudebunt. Paupertas huius mundi. Notate pauperes.

Pauperes euangelici illi dicũtur,qui de rebus trãſitorijs parum uel nihil habentes,vel habitis tãta affectus libertate vtentes,vt laqueos conſcientiarum penitus euadant,& ſine impedimento ad æternorum bonorum amorem indeſinenter aſſurgant. De quibus per Apoſtolum dicitur. Qui emunt tanq̃ non poſſidentes,& qui vtunt hoc mundo tanq̃ nõ vtantur, prẹterit enim figura huius mũdi. Vtuntur hoc mundo tanq̃ non vtantur,qui bona huius mũdi ad vſum neceſſitatis ſuſcipiunt,& tamen affectum uoluntatis ad ea per cupiditatem non apponunt. Talẽ paupertatem habuit Dauid cum dicebat: Pauper ſũ ego,& in laboribus a iuuentute mea. Et iterum: Reſpice in me & miſerere mei, quia vnicus & pauper ſum ego. Hij ſunt illi pauperes euangelici de quibꝰ ſaluator ait. Beati pauperes ſpiritu,quoniam ipſorũ Pauper euangelicus. Vtẽtes tãq̃ nõ vtentes.

n

eſt regnum cœlorum. Non dicis: Beati pauperes rebus, ſed beati pauperes ſpiritu, id eſt, affectu uoluntatis. Cũ ergo dicit ſermo euangelicus, Quàm difficile qui diues eſt intrabit in regnum cœlorum, de diuitibus huius ſeculi loquitur. Et iterum cum dicit: Niſi quis renunciauerit omnibus quæ poſſidet, nõ poteſt meus eſſe diſcipulus, non de denudatione ſubſtãtiæ rerum temporalium, ſed de denudatione affectus a cupiditate accipit. Alioqui ſi de denudatione a ſubſtantia rerum acciperetur, tũc vniuerſalis uita eccleſiæ eſſet a diſcipulatu Chriſti extranea. Et ſi a diſcipulatu, ergo etiam & a diſciplina, ꝙ ſi extra diſciplinam, ergo oẽs eccleſiæ filij habẽtes temporalia, ſunt adulteri, & non filij. De denudatione igitur affectus a cupiditate, euangelicus ſermo accipit, quia niſi affectus uoluntatis a uinculis cupiditatis abſoluitur, ad libertatem diuini amoris non eleuatur.

Renũciare oĩbus quõ intelligitur.

ANIMA. Qualiter iuxta paulo ante dicta, poteſt in omni ſtatu Chriſtianæ religionis ſummum premium æternæ beatitudinis mereri, cum in omni ſtatu non poſſit ſummus actus Chriſtianæ religionis exerceri, ſicut in matrimonio non poteſt caſtitas uirginalis ſecundum exigentiam matrimonialem obſeruari. Nunquid ſecundum magnitudinem actus perfecti debet magnitudo premij attẽdi.

SPIRITVS. Non ex magnitudine actus perfecti, ſed ex perfectione ſanctitatis excellentia meriti attenditur, & ſecundum ſupernaturalem conformitatem humanæ uoluntatis cum diuina perfectio ſanctitatis æſtimatur. Vnde fit, vt perfectio ſanctitatis ſit in anima tanto excellentior, quanto humana uoluntas per ſupernaturalem actum charitatis fuit deo conformior.

Non ex actu, ſed ſanctitate meritum attẽditur.

Duobus autem modis poteſt humana uoluntas ſecundum ſummam perfectionem ſanctitatis diuinæ uoluntati conformari.

Duplex mod⁹ perfectionis.

Vno modo, quando uoluntas humana charitate informata tam ſecundum interiorem affectus p̄parationem, q̄ ſecundum exterioris actus exhibitionem ſecundum ſummam perfectionem legis euangelicę ſtudet ſe Chriſto cōformare. Et hæc eſt ſumma perfectio Chriſtianæ religionis ſimpliciter dicta, de qua ſupra dictum eſt. Alio modo, quando uolūtas humana charitate informata, ſtudet ſe Chriſto in omnib⁹ conformare ſecundum interiorem affectus præparationem. Verumtamen uel neceſſitate aliqua retrahēte, ſicut fit in matrimonio, vel oportunitate ſe nō offerēte, ſicut fit in martyrio, vel cōſulciori ratione aliud ſuadente, ſicut fit in libera uoluntatis electione ſecundum exterioris actus exhibitionē Chriſto non conformatur. Sed quia interior affectus præparatio eſt uera & pfecta, ita ꝙ ex parte uolūtatis nihil deeſt, quin exiret in actum exteriorem, ſi facultas uel oportunitas debita adeſſet. Hinc eſt, ꝙ talis uoluntas quātum ad perfectionem ſanctitatis a primæ uoluntatis perfectione, in nullo diſcrepare ſentitur, ſed ſecundum perfectam affectus præparationem, quantum ad ſummam perfectionem ſanctitatis Chriſto conformis eſſe cenſetur. Et quia in vtroq; modo eadem perfectio ſanctitatis reperitur, ideo in vtroq; eadem excellentia meriti æſtimatur.

Si uero oportunitas debita ſe offerret & uoluntas ſecūdū interiorē affectus præparationem in actum exteriorem non exiret, iam interior affectus præparatio non eſſet perfecta, & ob hoc non poſſet cenſeri boni meritoria.

Qn̄ uoluntas perfecta.

Q: operis exterioris exhibitio nihil facit ad perfectionem virtutis.

Voluntas humana eſt perfecta ſumma & vltima pfectione ſibi poſſibili, motu & actu charitatis ipſam informãtis abſq; exhibitione exterioris operis, ergo opus exterius procedens a motu charitatis interius informantis, nihil facit ad perfectionem uirtutis, ſed ſolum eſt ſignum demonſtratiuum magnæ perfectionis ipſius uoluntatis. Patet, quia omne perfectibile recipit ſuam perfectionem ſecundum modum cõgruitatis ſuæ, ſicut omnis forma recipitur in materia ſecundum exigentiam materię diſpoſitæ, ſed humana uoluntas quæ eſt uigor animæ, & eſt qd ſpiritu- ale non corporale, eſt ipſum perfectibile quod per uirtutes charitate informatas perficitur, ergo uoluntas humana cum ſit ſpititualis & inuiſibilis ſpiritualiter & inuiſibiliter perficitur motu charitatis inuiſibiliter operantis, licet ſecundarie plenitudo interioris perfectionis ex quadam redundãtia ſe diffundat ad uires corporales informãs & habilitãs eas ad actus uirtutum exteriores, quæ nõ ſunt aliud, niſi quoddã ſimulachrũ & ſignaculũ interioris pfectionis, ergo opus externũ nihil facit ad perfectionem, ſed oſtendit perfectionem dũmodo procedat a charitate.

Op⁹ externũ nihil facit ad perfectionẽ.

Vita cõis non reqrit proprietarǯ iuris reſignationem.

Vita communis q̃uis requirit omnimodam proprietarǯ amoris a rebus temporalibus abdicationẽ, non tamen requirit proprietarǯ iuris reſignationẽ de neceſſitate perfectionis, requirit tamen hæc omnia propter infirmos, patet de Abrahã, Dauid. &c. Apoſtolus. Qui infirmus eſt, olus manducet.

Vita cõmunis quãtum ad omnem euangelicæ legis perfectionem fuit in fidelibus in primitiua eccleſia ex gẽtibus cõgregata, quæ poſſeſſiones & agros

proprietario iure ſeruabat,& de fructibus eorũ indigentibus neceſſaria miniſtrabat,ſicut fuit in eccleſia fideliũ ex Iudæis cõgregata,q̃ poſſeſſiones & agros uendebat,& de p̃cio indigẽtibus neceſſaria miniſtrabat. Patet,quia in eis fuit una charitas quãtũ ad mentis intẽtionẽ,& quãtum ad affectus puritatẽ. vt patet Actuũ ſecundo, quia in eis fuit una pietas quantum ad operis exhibitionem.

Vita cõis q̃uis ſit de lege diuina & naturæ,tamen nullã habet rationẽ uirtutis aut beatitudinis ſupnaturalis,niſi ꝓcedat a charitate. Prima pars patet per Aug. ſup Io. Scđa pars. 1. Cor. 13. Si diſtribuero.

Vita cõis non habet rationẽ uirtutis, niſi ꝓcedat ex charitate.

Vita cõis quo ad omnimodã proprietarÿ amoris abdicationẽ eſt ad euãgelicã ꝑfectionẽ ita neceſſaria ꝙ ſine ea ad ueritatẽ euãgelÿ nemo poteſt ambulare. Prima pars patet,quia euãgelica ꝑfectio conſiſtit in amore vniuerſali,q eſt amor charitatis. Niſi quis renũciauerit. &c. Secũda pars patet,quia ueritas euãgelÿ eſt charitas de corde puro. &c. quæ cũ proprietario amore ſtare non poteſt.

Vita cõis omnimodã ꝓprietarÿ reqrit abdicationem.

Q? vita cõmunis ſit a primitiua eccleſia obſeruata ſub libertate charitatis,& nõ ſub obligatione uoti ita canonice ueritati innititur, vt pertinaciter contrariũ tenere hæreticũ ſentiat uel teneat. Prima pars patet ad Gala. 5. Act. 15. Secũda pars patet ad Gala. 1.

Vita cõis ĩ primitiua eccleſia nõ ſub obligatione uoti, ſed in libertate charitatis.

Contra canonicam ueritatem in ſcriptura ſancta plane & manifeſte expreſſam,alicui opinioni pertinaciter inhærere eſt hęreticum. Patet Apoſtoli. 1. ad Gala. Sed ꝙ communis uita ſit a primitiua eccleſia obſeruata ſub libertate charitatis, & non ſub obliga

Lex euangelica quãdiu ſub libertate charitatis ſeruata.

Lex euangelica eſt tam diu a Chriſti fidelibus obſeruata ſub libertate charitatis, quã diu uiguit feruor fidei & abundantia charitatis. At vbi fides tepeſcere & charitas minui cepit, cõſtitutiones obligatoriæ vel propter claritatem euangelicam obſeruandam, a ſanctis patribus ſunt Chriſti fidelib⁹ ordinatæ. Prima pars patet, quia ex eo quod conſtitutiones eccleſiæ primo ceperunt a temporibus Silueſtri Papæ publicari. Secunda pars patet. 12. q. 1. Omnis ætas. Et vt quos amor boni. &c.

Votũ religionis eſt uotum eccleſiæ.

Item votum religionis, eſt uotum eccleſiæ. Votũ eccleſię non prius ligauit quã a populo fuit acceptum, ergo incepit cũ religionibus. &c. patet hoc per Iſido.

Chriſt⁹ uoluit ſub libertate charitatis legẽ euãgelicã obſeruari.

Chriſtus inſtitutor legis euangelicæ uoluit eã obſeruari ſub libertate charitatis, & non ſub neceſſaria obligatione uoti.

quare eccleſia religioſis per uotum voluerit obligari.

Eccleſia catholica ab inſtitutione religionum factiarum non uoluit religioſos huiuſmodi religionum ad earum obſeruantiam per uotũ obligari, ſed per libertatem uoluntatis ſuę ad hoc offerri, poſtmodum tamen uoluit eos ad eorum obſeruantiam eſſe obligatos propter fidei promiſſæ integritatem, & euangelicæ legis claritatem.

Obligat⁹ per uotum.

Nota. Ad quod quis obligatus eſt per uotum, nõ debet facere propter obligationis neceſſitatem, ſed ex amore iuſticiæ, ad quam ſe obligauit uoluntarie. Patet. 2. Paral. vlti. Dedit Ioſias omni populo. &c. Duces quoque eius ſponte quod uouerãt obtulerũt. &c.

Ex obligatiõe ſolũ facere, eſt peccare.

Ex obligatiõe uoti tãquam ex cauſa ſola et totali actus religionis cuiuſcũque facere, eſt peccare cõtra legem dei, quæ eſt lex charitatis, & ideo per talem actũ nihil poteſt mereri. Prima pars patet per Aug. de litera & ſpũ. Scda pars patet per ſe, quia peccare nõ eſt mereri.

Qui facit actus euangelicæ legis ex amore, meret palmam per fidem iuſtificātem quæ eſt in Chriſto Ieſu. Qui uero facit ex timore, non ſolum non meretur palmam, ſed & demeretur pœnam. Prima pars patet Matth. Hoc fac, & uiues. Secūda pars patet ad Rom. 6. Occaſione accepta. &c. Super quo Aug. in de litera & ſpiritu. &c.

Religioſus faciens actus uoti ſui ad quos ſe obligauit ex timore pœnæ tranſgreſſoribus appoſitæ, nullo eum adiuuante amore iuſticiæ, peccat. Similiter & nō faciens, peccat propter neceſſitatē uoti. Prima pars patet ex declaratione ſecundæ partis propoſitionis p̄cedentis. Similiter & Deut. Iuſte qđ iuſtū eſt exequere. Item Aug. ſuper illud ad Rom. 3. vbi eſt gloriatio tua. &c. Secūda pars patet Deut. 23. Cū uotum uoueris domino. &c.

Nota ergo, ꝙ actum religionis facere ex obligatione, nō eſt ex ſe meritorium, vt Thomas dicit, ſed oportet fieri ex amore, vt ar. 18. q. 1. Monachi abbatibus omni obedientia ex deuotione ſubiaciant. Ex deuotione dicit, non ex obligatione.

Item votum duo dicit, Interiorem mētis oblationem uel præparationem ad ſummos actus euāgelicæ perfectionis, & ſic uotū dicitur quaſi uoluntaria mentis oblatio, vel quaſi pium & uoluntariū mentis deſyderium. &c. De tali uoto dicit Pſal. In me ſunt deus uota tua, quæ reddam laudatiōes tibi. Vota inquit, id eſt, deſyderia de tua inſpiratione cōcepta. In tali uoto fit deo oblatio cordis, & de tali uoto intelligi debēt dicta Greg. & Aug. Quia oēs pfecti obſer- Votum duo dicit. Aug. & Gre.

dendos actus perfectiores legis euãgelicæ exterio-ris. Sicut quãdo ab hoie fit promiſſio per uerba vel ſigna exteriora alteri homini propter deum, &c. De his alibi cõtra Thomiſtas copioſiſſime diſputat.

Greg. & Au. de uoto.

Itẽ, 17. q. 1. Greg. in Regiſtro. Ananias deo pecunias uouerat. &c. qđ ſonat eũ uouiſſe. Rñdet, Votũ ibi nõ diſtinguit contra ꝓpoſitũ cordis, ſed ꝓ eo ibi accipit. Sicut ibi uotũ eſt cõceptio melioris ꝓpoſiti. &c. Vñ & idẽ Greg. ſup Ezech. ſic exponit, dicens. Qui bona agũt, ſed meliora deliberãt. Itẽ, Sũt q cuncta. &c. Sic notat animã uouiſſe, id eſt, firmata deliberatione animi ꝓpoſuiſſe. Cõfirmat iſta Aug. ſup illud Pſal. Dixi, confitebor aduerſũ me. &c. Magna dei pietas, vt ad ſolã ꝓmiſſionẽ dimittat pctã. Nõdũ eñi ꝓnũciat ore, & tamen iam deus audit corde. votũ eñi ꝓ ope reputat. Hæc ille. Ecce Aug. uocat uotum, quod tamen dicit ore non eſſe prolatum.

Cõſilia euãgelica.

Nota, Cõſilia nõ dicunt cõſilia tanq̃ in eis cõſiſtat maior ꝑfectio, aut qa ſũt ſimpliciter oĩb⁹ indifferẽter maioris ꝑfectionis occaſio. Sed qa ſũt qbuſdã & maxime ĩfirmis maioris ꝑfectionis occaſio, ſicut habentes infirmos pedes, ꝓdeſt uehiculũ tẽdẽdi ad finẽ intẽtũ. Habenti aũt fortes pedes ſufficit fortitudo ſua. &c. Item de his alias multa. &c.

Oĩs res formata, q̃ ſine forma nihil eſt, capit oẽm ſuã ꝑfectionẽ a forma, a q̃ eſt, qcqd eſt. Sed actus uirtutis charitate informat⁹, capit oẽm ſuã ꝑfectionẽ a forma impreſſa, q̃ eſt charitas, patet ꝙ act⁹ uirtutis nihil eſt ſine charitate. Iuxta illud Apoſtoli. Si diſtribuero. &c. nihil ſum. Sed uotum cum ſit bonum ex genere poteſt eſſe ſine charitate, & ſine charitate exiſtens nihil boni habet, ergo nihil boni conferre poteſt. &c.

Votũ ex ſe nihil boni confert.

Nota quicquid per euāgeliū de oībus relinquēdis, vel de nihil poſſidēdo, vel ſecum in uia portādo qui uadit ad prædicandū euāgeliū Chriſti, Ipſum relinquere oīa, uel nihil habere, nō eſt principale qđ intenditur, ſed hoc intēditur a ſaluatore principaliter, vt Chriſtianus ſit abſolutus ab oñi ſollicitudine mala quæ eſt cupiditatis, & ꝙ ſit libertate amoris reſolut⁹ in omne beneplacitū diuinū. Per hoc tamē nō ꝓhibetur ſollicitudo bona, q̄ eſt ſollicitudo amoris, qualē habēt ꝑlati eccleſiæ, & gubernatores cōitatis & cōmuniū bonorū, de qua Apoſtol⁹. Sollicitudine nō pigri. &c. Hæc eñ poteſt ſtare cū ſumma perfectione euangelica. Verba dñi de relinquēdis oībus quō intelligenda.

Nō ergo repugnat ꝑfectioni habere pecuniā, vel portare pecuniā in uia. &c. vt habet̄ in additionibus ſuper Ioannem. cap. 12.

Paupertas ſiue mēdicitas in ſe & ex ſe cōſyderata nō habet rationē euangelicæ ꝑfectionis vel uirtutis, aut beatitudinis ſupnaturalis. Poteſt tamen q̄buſdā deſeruire ad euāgelicā ꝑfectionē. Prima pars probat̄ dupliciter. Primo, ratione, vt in additionib⁹ ſup. 20. cap. actuū. Apl'orū. Scđo, autoritate. 20. actu. Beati⁹ eſt magis dare q̄ accipere. Act⁹ ꝑſupponit eſſe, dare eſt act⁹ habētis, accipere eſt act⁹ īdigētis, ergo beati⁹ eſt eſſe diuitē q̄ pauperē. Secūda pars ꝓbat̄. Relictis oībus. &c. Si uis ꝑfectus eſſe, &c. vbi duo ponuntur. Oīa relinquere qđ eſt uia tēdendi ꝑ infirmis. Ieſum ſequi quod eſt ſimpliciter perfectionis. Pauptas ex ſe non habet rationē ꝑfectionis vł uirtutis

Act. 20. Beati⁹ eſt magis dare ꝙ accipere. vide in Beati⁹ eſt ma-

dare libero amore. Cuius ratio eſt: Q̃ talis iuxta uer
Relinq̃re oĩa. bum domini. Omnia uendit & dat pauperibus & ſe
quitur Chriſtum, ſicut patet de Abraham Gen̄. 18.
vbi nota ꝙ ſicut in uenditione tranſfertur dominiū
rei uenditæ & proprietas eius, ſic ille omnia uendit,
qui dominium & proprietatem rerum quas habet,
ita a ſe abicit & alienat, vt eas non ſibi ſoli proprias,
ſed ad vſus pauperum cõmunes cuſtodiat & reſer-
uet. Nec ullo proprietarĳ amoris affectu eas affigit,
ſed cõmuni amore eas cuſtodiens, nullo cupiditatis
uinculo a diuino cultu præpeditur. Alioquin quo-
modo Abraham & cæteri patres ueteris teſtamenti
perfecti eſſe potuiſſent, & Ieſum in omnibus ſequi.
Similiter & ſancti noui teſtamenti ſummi pontifices
& Epiſcopi, qui res eccleſiæ in ſuis cuſtodĳs habue-
Duplex proprietas. runt. Vbi notãdum: Q̃ quando duplex eſt proprie-
tas. ſ. proprietas iuris, & amoris. Proprietas iuris po-
teſt ſtare cum ſumma perfectione euangelica. Pro-
prietas amoris, eſt omnibus Chriſtianis per p̄ceptū
charitatis ſimpliciter illicita & interdicta. &c.

De proprĳs relinquendis. Quid prodeſt ꝓpria relinquere, & ad cõmunia eo
dē ſtudio & ſollicitudine aſpirare. Non em̄ res, ſed in
ordinatus vſus & amor rerū, appetitū mentis inquie
tat, & a ſpirituali ꝓfectu retardat. Minores mēdican
tes, nõ portãt pecuniã in burſis proprĳs, ſed habent
eam repoſitam apud amicos in burſis cõceſſis, ſic &
principes terrarū, nõ deferunt pecunias per ſeipſos,
ſed per diſpenſatores ſuos.

Oportet omnē hoīem in hac tēporali vita poſitū
tēporalia habere. Gen̄. 1. Ecce dedi uobis oēs herbas,
&c. habentes uictū & ueſtitum. Quãmuis modus ha
bendi temporalia ſit diuerſus. &c.

Itē, oportet omnē hoīem in hac tēporali uita poſi

tum,temporalia quærere. Primū quærite regnum dei,primū præſupponit ſecundū.&c.In ſudore vultus tui ueſcere pane tuo.Qui nō laborat, nō manducet. Eſt tamen diuerſus modus quærendi.&c.

Oportet omnē hoīem ad æternam beatitudinem peruenire uolentē,tēporalia relinquere & Chriſtū ſequi. Amē dico uobis, Niſi qs renūciauerit.&c. Amē dico uobis, ꝙ uos qui ſecuti eſtis me.&c. hæc declarātur alibi.&c. Eſt tamen diuerſus modus relinquēdi.

Res ſolent æſtimari vt ſe habent in pluribus. Sed vt in pluribus exercitia religionū non obſeruantur eo modo & ad illum finem, ſicut a patribus ſunt inſtituta & ab eccleſia approbata. Nam ſic ſūt ordinata vt appetitum mētis ab omni impedimento abſoluerent,& ad ſpiritualē profectum redderent expeditum. Et hoc per ſubtractionem eorū quæ.&c.

Itētio finis facit ī hmōi actib⁹ excellētiā dignitatis Vñ fit,vt quāto intētio pfecti⁹ & puri⁹ ī ultimū finē dirigit,tāto hmōi actus excellētius deo aſſimulanī.

Fœcūditas in creaturis exemplaī ſecūdū fœcūditatem quæ eſt in diuinis. In deo eſt fœcunditas vberrima ſcđm naturā,qa pducit ſcđm naturā & uoluntatē. In hoīe deus ſimili⁹ eſt fœcūditas mētis q̄ carnis. Virginitas.

In deo eſt oīm reꝝ copia,et ob hoc nulli⁹ eget,ſēp ſufficiēs ſibi. In hoīe deo ſimili⁹ accedit paucis egere q̄ multa habere. Multa tñ habere a diuina ſiſitudine nō degenerat,qa de⁹ oīb⁹ abūdat. Sed affectu inordinato reb⁹ habitis īhærere & adhærere a deo degenerat,qa de⁹ oīa habēs,in oīb⁹ liberimū affectū habet. Paupertas.

In deo ē ſūma libertas & ob hoc ī eo ē ſūma pfectio

Vbi charitas, uotũ nõ eſt neceſſarium, ubi uero nõ ẽ charitas, ibi votũ nihil prodeſt.

Nota, vbi charitas eſt, ibi uotũ non eſt neceſſariũ, eo ꝙ charitas eſt p ſe ſufficiẽs ꝓmouere ad oẽm pfectionẽ uirtutis & ad oẽm excellẽtiã meriti. Nã ſcd̃m excellẽtiã charitatis accipit̃ oĩs pfectio uitæ, & oĩs excellẽtia meriti. Vbi uero charitas nõ eſt, ibi uotũ nihil iuuat, nec quo ad pfectionẽ uirtutis, nec quo ad excellẽtiã meriti, eo ꝙ oẽs uirtutes ſine charitate ſint informes, & nullũ motũ habẽtes ad qd̃cũq; bonũ meritoriũ. 1. ad Corin. 13. Si tradidero corpus meũ ita ut ardeã, charitatẽ autẽ nõ habuero, nihil mihi ꝓdeſt, vnde Aug. De correctiõe & gratia. Sine gr̃a nullũ prorſus bonũ hoĩes faciũt. & ſubdit, Nõ ſolũ vt miniſtrãte ipſa qd faciẽdũ ſit ſciãt, verũ etiã ut præſtante ipſa faciãt cũ dilectiõe qd̃ ſciũt. In tota uero ſeriẹ ſcripturæ nuſq̃ reperit̃, ꝙ uotũ ſit diſpoſitiuum ad ſuſceptionẽ gratiæ, ſed de uirtute humilitatis ſpecialis mẽtio habet̃, vt eſt illud Iudith. 9. Humiliũ & mãſuetórũ tibi ſemp placuit depcatio, & Luc. 1. Reſpexit humilitatẽ ancillæ ſuæ, &. 1. Reg. 15. Cũ eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Et ideo ad accipiendam gratiam non diſponit uotum, ſicut humilitas. Deus enim ſupbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiã. Hinc ad accipiendã gratiã diuinã magis diſponit ꝓfunda cordis humiliatio, q̃ artiſſima religiõis ꝓfeſſio, De humiliãtib⁹ ſe dicit̃ Luc. 18. de phariſæo ſupbo & humili publicano. Amẽ dico uobis, deſcẽdit hic iuſtificatus in domum ſuã ab illo. Quia oĩs q ſe exaltat, humiliabit̃, & q ſe humiliat, exaltabit̃. De ꝓfitentibus uero aliquã religionẽ, in antiquoꝝ patrũ ſentẽtĳs nuſq̃ ſimile legi. Licet ĩ aliquorũ modernorũ doctorũ dictis, aliq̃ magna de hm̃õi religionib⁹ ĩſerta reperiant̃, q̃ qa in canonicis ſcripturis fundamentũ nõ habẽt, eadem facultate cõtẽnuntur, qua probantur.

Ad gratiã diſponit cordis hũiliatio, non religionis alicuius ꝓfeſſio.

FINIS.